



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



*Adele Taut*

Vals. Bibl. maj.

~~H~~ 111 H



Ecole Supérieure  
de  
Théologie

3



*Le tour*  
Vals. Bibl. maj.

*H. H.*



Ecole Supérieure  
de  
Théologie

3/617



24-2.8

B911A7A 200

(11)

G. 23P-23





*Bon Le tour*

Vals. Bibl. maj.

*TK 111 H*



Ecole Supérieure  
de  
Théologie

3/617

24-2-8

B511874 202 -

11/11/

G. 23P-23







ANNVS DIERV M ILLVSTRIVM

SOCIETATIS IESV.

fiue in Anni dies digestæ

MORTES ILLVSTRES

Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ab impijs  
occisi, aut veneno necati; vel exilijs  
carceris, alijsuc ærumnis  
confecti sunt.



R OMÆ, MDCLVII.

Typis Varesij.



SUPERIORVM PERMISSIV.

*anno* PIVS V. Pont. Max. in Bulla  
1571. *declarationis quod Religio Cleri-*  
*7 Jul.* *corum Regularium Societatis Iesu*  
*Bulla* *sit vere de Ordinibus Mendicanti-*  
*nij R.* *mani bus; eorumque gratijs, & priuile-*  
*tom. 2.* *gijis tam concessis quam conce-*  
*pag.* *dendis perfruatur.*

343.      Dum indefessa consideratio-  
nis intuitu perscrutamur, quantam  
Christianæ Reipublicæ utilitatem  
attulerint Dilecti filij Presbyteri  
Societatis Iesu, &c. ut non contenti  
terrarum finibus, usque ad Orientales  
& Occiden. ales Indias penetrauerint,  
ac eorum aliquos ita Domini amor per-  
strinxerit, ut etiam proprij sanguinis  
prodigi, ut verbum DEI inibi effica-  
cius plantarent, martyrio voluntario  
se supposuerint, &c. facere nullo mo-  
do possumus quin eos, &c.

## PROTESTATIO AVTORIS.

**C**Vna Sanctiss. D.N. Urbanus Papa VIII.  
die 13. Martij anno 1625. in S. Congre-  
gatione S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis:  
Decretum ediderit, idemq; confirmauerit die  
5. Iulij anno 1634, quo inhibuit imprimi libros  
hominum, qui Sanctitate, seu Martyrij fama  
celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula,  
vel relationes, seu quæcunque beneficia, tan-  
quam eorum intercessionibus à Deo accepta  
continentes, sine recognitione, atque appro-  
batione Ordinarij, & quæ hactenus sine ea  
impresta sunt, nullo modo vult censeri appro-  
bata; Idem autē Sanctissimus die 5. Iunij 1631.  
ita explicauerit, ut nimirum non admittantur  
Elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ ca-  
dunt super personam, bene tamen ea, quæ ca-  
dunt supra mores, & opinionem, cum protesta-  
tione in principio, quod ijs nulla adsit auctori-  
tas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit  
penes Auctorem: huic Decreto, eiusque con-  
firmationi, & declaracioni obseruantia, & re-  
uerentia; qua pars est, insistendo profiteor me  
haud alio sensu, quicquid in hoc libro refero,  
accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo  
ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate,  
non autem diuina Catholicae Romanae Eccle-  
siæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs  
tantummodo exceptis, quos eadem Sancta  
Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum  
Catalogo adscripsit.

*Ioannes Nadasi Soc. Iesu.*



GOSVVINVS NICKEL  
Societatis Iesu Præpositus  
Generalis .

CVm Mortes illufres &c. à P. Philip-  
po Alegambe , & à P. Joanne Na-  
dasi (nostræ Societatis Sacerdotibus)  
conscriptas aliquot nostri Theologi  
recognouerint , & in lucem edi posse  
probauerint ; potestatem facimus, vt  
typis mandentur, si ijs, ad quos perti-  
net, ita videbitur. cuius rei graciâ has  
literas manu nostrâ, sigilloque nostro  
munitas damus Romæ 1. Septembris  
1657.

*Gosvvinus Nickel.*

Imprimatur , si videbitur Reuerendiss.  
P. Mag. Sac. Pal. Apost.

*M. A. Oddus Vicefg.*

*Imprimatur ,*  
Fr. Donatus Carnesecchius Socius Re-  
uerendiss. P. Fr. Raimundi Capisuc-  
chi Apost. Mag. Ord. Præd.

## IANVARIVS.

P. Ieanus Pelleterius.

**P**rimus Collegij, Romano, ac deinde Ferrariensi nascentibus  
*Gallia.*  
*Tolose obiit 1. Ian*  
*1564.*

Rector datus est ab ipso S. P. Ignatio. Ferrarie Renata, Herculis Ducis coniunx, Ludouici Galliae Regis filia, cum illo contulit de haeresi cum orthodoxæ fidei veritate commutandâ; & haeresim exuit: simulque vniuersa vita peccata in Sacramento pœnitentie, illo confessario vsa, depositit. Multa ille postea doctè, religiosè, fortiterque pro re Catholica gestit Apamij; quicquid contra fremerent, turbarentque haeretici: quorum furor deicam Deiparae sta-

A tuam,



2 Anni dierum illustrium

tuam , magnificâ supplica-  
tione institutâ , palam suo  
loco restituit ; cōcione quo-  
hebdomadis die Sabbati de-  
*Sabbati.* cultu illius habitâ , & Ortho-  
doxis ad illam vicatim sono  
tintinnabuli inuitatis . Vn-  
de gloriose planè cognos-  
mento , D I V Æ M A R I Å  
DOCTOR est appellatus .  
Ibidem ab hereticis datus  
est in vincula ; sed à Catho-  
licis exemptus , Tolosamque  
deductus , ibi demum à glo-  
riosis pro fide susceptis la-  
boribus requieuit , venore  
(quod ei ab hereticis clam  
propinatum affirmant) sen-  
sim gliscente in veras , &  
omnem artis medicæ indu-  
striam superante . Libenter  
latebat Ioannes suâ se hu-  
militate involvens , etiam  
*Fides.* in illo splendore famæ . Qua-  
*Humilitas* re

re & Cadurcensis Episcopatus insulam sibi oblatam, demissè à suo capite auertit, vir quām excelsus ad vindicias Catholicæ fidei ubique faciēdas, tam humilis; adeòque ingentes Tolosanæ urbis laudes, lachrymasque quibus extinctum prosequabantur, abundè commeritus tantâ illâ suâ eloquentia, laborum, charitatis, atque angusti ad ardua contra heterodoxos pro Catholicis agenda & ferenda pectoris granditate. Certè vel gemino illo elogio fait insignitè commemorabilis, quo-  
rum altero S. MARIAE Doctor passum in Gallia; altero <sup>B. V.</sup> Sanctus Rector à S. P. Ignatio, vi fama est, audiebat.

*Superior.*

P. Petrus Masurenia.

Hunc hoc die veneno ab

A 2 Ethni-

#### 4 Anni diernm illustrium

Lusitanus. in Regno Manade. 7. Januar. 1583.  
*Fides propagata.* Ethnicis propinato interne-  
ctum affirmat Index eorum  
qui in Christi odium è vita  
sublati sunt. Salfetanos pa-  
gos sexaginta sex primus  
excoluit. Apud Ternaten-  
ses templum condidit: apud  
Selebes Molucco vicinios,  
Sionium & Manadium Re-  
gulos, Regem item Sāgium,  
Reginam, Proceres plures  
quà ibi, quà alibi, Christi  
vexillo subiecit. Ad necem  
quaesitus à barbaris Euange-  
lio infensis, per octo dies in-  
silua latuit, herbisque victi-  
tauit. Alias ab ijsdem in-  
dagine cinctus, mirè tamen  
per montem se ac prærupta-  
deuoluens evasit. Ajunt il-  
lum, cùm haud indiligenter  
quaeretur ab ijs repertum,  
& visum: sed illi feram esse  
rati, non hominem quem in-  
da-

dagabant, eum innoxiam  
omisere: nec deest qui illos  
fugisse affirmet. Fœminam  
ab alui profluvio, acerrimis-  
que doloribus, adeoque à  
vitæ discrimine, liberauit  
confestim ac Euangelium,  
ritè super eam recitauit, ora-  
tione adiectâ. Virum bien-  
nio paralyticum, lectoque  
affixum eodem Euangelij  
ac orationis alexipharmacô  
persanauit. Illud verò sibi  
longè tenerimo fuisse sola-  
tio affirmauit, quod cum è  
monte subiectum pagum  
non sine commiseratione  
(quippe à Dei veri cultu  
alienum) aspiceret, repen-  
tè pueri vocem è valle se-  
fferentem audierit, dicen-  
tis: In nomine Patris, & Fi-  
lii, & Spiritus Sancti. quâ vo-  
ce ad agendum & patien-

Oratio.

SSS. Tri-  
nitas.

## 6 Annis dierum illustrium

dum summa omnia maximopere exarsit, in loco illo horroris laudem SSS. TRINITATIS perfici dulcissime gratulatus.

*Ambrosius Fernandez. Coad.*

*Lusitanus.  
obijt in  
carcere  
Omure  
7.Ianuar.  
1620.  
etat.69.*

*Pauper-  
tas.*

E milite ac mercatore Societatis religiosus factus in Sinis, demissione ac pietate omnibus charus fuit. Nunquam verbo minus amabili aut perturbato vulnus alloqui est auditus. Illis vtebatur quæ alij suo usu attrinxerant: unde per ipsos triginta annos nunquam nouum quicquam quo in dueretus admissit; viro quoque ac bellarijs nunquam usus, nisi id facere iuberetur. Hunc inter labores Evangelicos in Iaponia martyrium sicutem, & expectantem in carcere Iaponico per-

an-

annum & 22. dies tolerato , tandem frigore , fame, paralyfi , alijsque ærumnis consumptum mors hodiè occupavit . P. Carolus Spinola , ærumnarum socius, ac laudator, de illius capillis decerpit quidpiam lipsanothecæ suæ ad priuatam veneratio- nē inclusit : & omnes qui vnâ cū eo in carcere laculentæ in igne mortis gloriā oppriebantur, de focio in cælestem libertatem siccâ morte afferto færi , & collachrymantes , præante Religioso quoptiam viro , *Laudate Domini omnes gentes, pro gratiarum actione cecinere.*

P. Paulus de Valle .

Nullis verbis explicare se posse aiebas quantâ suis set voluptate perfusus, cùm *Cocini amplexum à S. Xa-*

*Lusitan⁹ :*  
*mortuus*  
*Punicali*  
*10. Ian.*  
*1552. So-*  
*cietatis mi-*  
*ta 5.*

A 4      uc-

8 Anni dierum illustrium

uerio accepisset. S. Xauerius  
vicissim illum *virum egregia  
virtute votat.* In ora Pisca-  
ria, cùm ad Bagadas pro  
concione vernaculo sermo-  
*Fides.* ne diceret fidei ac morum  
normam tradens, repente ab  
irruente barbarorum manu  
occupatus; probris, vinculis,  
cippo per mensem integrū  
oncratus; inediāque, ac tot  
etiam post libertatem ade-  
ptam, post maritimum di-  
scrimen. (quod periculoso  
natatu euasit) incommodis  
vexatus est, ut ærumnæ tam  
variae morbum illi mortem-  
que attulerint.

*P. Franciscus Pinus.*

*Indus :  
occisus in :  
Brasilie  
II. Ian.  
1608.* Angræ in Tertia à bono  
IESV dictâ insulâ natus, in  
Societate spiritualis Co-  
diutor, & Brasiliorum per  
annos triginta magister A-  
po-

postolicus, atque orandi ut  
avidus ita sciens fuit. Eum *Fides*:  
anno 1582. in Bahyensi Col-  
legio ægrum, & iam de spe  
vitæ depositum P. Iosephus  
Anchieta Prouincialis allo-  
catus, iussit se ad magnes  
pro Deo labores parare: nec  
enim leuem manuum lotio-  
nem præcessurā prius quam  
eternæ ac cælesti mensæ ac-  
cumberet. Confestim ergo  
vestes illi porrigi præcepit,  
ac dixit: *Surge, age: usque Euchari-*  
*ad Sanctissimum Sacramentum sia.*  
*tum te confer, gratias Deo pro*  
*fospitate hac redditurus: Sue-*  
*rexit obedienter Franciscus*  
*repentino sanus: exemplum*  
*adiuti gratias egit. Postmo-*  
*dum ad barbaros Tapoias*  
*missus, per famem, fitim,*  
*frigora, per aperta securi-*  
*bus ardua & impedita itine-*

A 5 ra



20 Anni dies illusrium  
ra ad Ibiapanos vna cum  
P. Aloysio Figheria pene-  
travit. Sed cum obstinatè  
peruicaces illas cervices  
Christi fugo per nullas ar-  
tes posset subigere, ac illi  
æterni Euangeli præcepta  
inuiti audirent; hoc die (ut  
habet Index MM) ab irruen-  
tium globo repetitis ictibus  
væcæ lignæ est interemptus  
maxillis confractis, excussis  
oculis, cranio comminuto,  
in desertis Ibiapanæ monti-  
bus, eo ipso tempore quo  
operam dabant horis diuinæ  
officij recitandis. Socio ad  
necem quæsito, nec reperto,  
fauitia omnis in sacram su-  
pellestilem furenter effusa.  
Corpus, barbaris quoque  
deinde venerationi fuit,  
quod dicerent, se beneficen-  
ti illius pluuiam è cælo in-  
sistien-

Oratio.

sipientes agros efficere . Hu-  
ius nempe mortis gloriam  
ei P. Iosephus Anchicta pre-  
dixerat sub symbolo ma-  
nuum ante cælestè conui-  
num lauandarum .

P. Didacus de Alfara.

Panamæ in America, His-  
pano Regio Senatore Pa-  
tre , ad mare pacificū natus,  
anno 1614. Societati, ac po-  
stea Iadorum saluti sc dedit:  
& huic quidem tunc maxi-  
mè , postquam ex aquis &  
morte præsentissimâ Indi na-  
tatoris operâ est ereptus .  
Iunior cùm esset, felici cat-  
minis venâ Deiparam , po-  
stea vbiique cultu quām po-  
tuit auguſtissimo, celebrauit.  
In Hispania inter studen-  
dum, in Deiparæ vigilijs, &  
Sabbatis, æquales suos ad  
communem in cœnaculo ver-

Hispano-  
Indus .  
in Para-  
quaria .  
17 Jan.  
1639 .  
ætat. 43 .  
Soc. 25 .

Beatiss.  
Virgo .

Sabb.

*Mortif.*

berationem inquitabat: & vallebat in plures exemplum. Aliquando noctem integrā impendit describendis inschedas plurimas hisce verbis: *MARIA sine originali peccato concepta*. quas ille schedas ante lucem singulis conclavium portis affixis & sub immaculati illius mysterij tutela res ac spes suas persancte collocauit, s̄pē celebratis de illo votiuis sacris. In Vrbe Assumptionis Collegij Rector, & S. Inquisitionis commissarius, postea Reductionum Praeses, ac omniibus omnia factus est, insigni animarum luxo. Ad amicum scripsit; se hostili Ethnicorum globo casurum: id quod barbari cuiusdam ex insidijs in eum iaculatim anu factum, cū ille

*Praeuisa  
mors.*

ille ( omissa quam capere  
poterat fugâ ) Indis Chri-  
stianis contra Ethnicos fu-  
renses , & sacris omnibus  
perinfensos , fidelis adeset ,  
magno solatio animarum . ad  
quam ille mortem se per a-  
scetica vnius mensis Exerci-  
tia secessu accuratissimo pre-  
parârat . Corpus illius in-  
sumis caloribus per trigin-  
ta leucas vctum , citra vllijs.  
tetri odoris molestiam .

*Exercitia  
S.P.Igna-  
tij.*

*Mors.*

### *Vincentius Aluarus.*

#### *Scholasticus.*

Cum Goam pergens ad  
studia , à Mahometanis pira-  
eis captus fuisset , vñà cum  
alio de Societate apinaci  
sunt Saraceni sapiùs , se ly-  
trum pro duobus his non  
admissuros ; daturos vtrum-  
que ceruice presecatâ in ma-  
tè præcipites , quòd Malo-

*Lusitanus  
ad urbem  
Dabul.  
18.Ian.  
1606.  
etatis. 27.  
Societ. IX.*

*me.*

meto, eiusque legi essent aduersi, & eam expugnarent. Interea feriâ sextâ, die apud illos Mahometo dedicatâ, Mahometani senaculo inito, diem illum celebri Christiani capititis sacrificio pro pia culari victima cardendo solennem habere decreuerunt.

Quocirca Vincentius in pro-  
ra tunc orans delectus est  
cuius Christiano capite reli-  
giones Mahometo persol-

*Feria VI.* uerentur. Cum se occiden-  
dum audisset, latuus quod  
Christiani nomen sibi in-  
mortis obeundæ causam ver-  
teretur, Deo se totum, to-  
tum Deo in victimam ite-  
rûm et iterum dedicauit, pul-  
chro iterum gaudio delibu-  
tus, & religiosè gestiens us-  
q[ue] ad mortem, ac Misericordie

*Oratio.  
Mors.*

mei, Deus, canens. Sub ipso  
ictu

ictu Miserere, siebat, anima  
mea, Iesu bone! Aliqui ad  
ipsam Mahometi aram im-  
molatum fuisse aiunt: sed ille  
se in fidei odium cædi lætus,  
Deo se vnicè consecrabat.  
Corpus in mare abiectum est.

*Mancius Taichicu Coad.*

Religiosam pietatem cā  
quā iste præstabat pingen-  
di æste alebat, & incitabat;  
pingendis Dei, Deiparæ, ac  
Cælitū imaginibus piè assi-  
duèq; inactus: quibus tem-  
plū ornabat; et fidei mysteria  
ob oculos poseret, fidemq;  
ac virtutis amorem. exem-  
plis accenderet. Exilium,  
in fidei odium è patria sibi  
indictum pati maluit quam  
in patria Christum & reli-  
gionem exuere; ad quod in-  
uitabatur. Post alia ergo  
perpeisu aspera hoc etiam  
lu-

Iapon.  
Macau.  
20.Ian.  
1615.  
etat.41.  
Soc.8.

*Fides.*  
*Imagines.*

16 Anni dicti Illustrium

Iubēs subiſt, licet tunc æger;  
cūm relegari iubetur, ni  
Deos Patrios p̄r̄ Christo  
eligeret. Morbo nauiga-  
tionis ærumnis increscente,  
Macai felix exul in cœlestem  
patram, vt ſpes magna eſt,  
appulſus eſt.

P. Alphonsus de Caſtro.

Lifianas.  
In Molu-  
cis  
Januario.  
1558.

Mortific.

Vlyſſiponæ aurifice Ratre  
locuplete natus, & S. Xau-  
rio in Societatem receptus,  
inter varia quæ à Barbaris  
periclit, cūm fidem propa-  
garet, mansuetudine fuit  
omnibus admirandā. Cibo  
vescebatur ſinè oleo, ſinè fa-  
le; ne palato placeret. In  
Maurica regione à Ma-  
metanis nudatus, & nauigio  
crucifixi inſtar alligatus, po-  
ſtea ad truncum vincitus, ver-  
beribus laceratus, ſub dio-  
cæli iniurijs, ac infestis be-  
ſtio-

stolarum aculeis toto cor-  
 pore expositus, promissis &  
 crebris & grandibus ad Ma-  
 hometi perfidiam inuitatus,  
 cum fortissime id negaret,  
 iterum cruciatus, per octo  
 dies inediâ miserabili vexa-  
 tus, atque ad fidem deserendam  
 iterum multifariam per-  
 dulcia & acerba inuitamen-  
 ta tentatus, admirabili sem-  
 per sibi cōpotis animi equi-  
 tate, constantiâ, hilaritate,  
 capitis sententiam, & mor-  
 tem ipsam ore blando, ac  
 orans accepit. Araldus ait, Crux.  
 cum S. Andreæ instar cruci  
 alligatum, nudum soli; ac  
 muscis expositum. Deinde  
 sub costis securi saucio ad-  
 diti alijs duo ictus. Cadauer  
 ex littore in mare deturba-  
 tum, tertio die in eodem  
 littore iterum repertum est  
 splen-

splendens miro lumine, ac  
vulneribus sanguine recenti  
manantibus. Aiunt oculati  
testes; idem cadaver in sco-  
pulo per dies plures sedere  
visum, aquis in fornicis ferè  
modum supra curvatis. vnde  
illi admirabilitas, & apud  
Mahometanos etiam vene-  
tatio haud vulgaris; Reges  
quoque, magnitudine animi  
eius auditā, dicente: Quid  
simile nostri Caziquij? Carni-  
ficium alij pustulis fædè  
exesi, & sacro igne ardentes,  
vlulantesque; alij alicet pe-  
riere. Is qui faciens eius  
calicem indignè reaccensit,  
corpore miserè tamido ex-  
tingitus est. Addunt etiam  
hos dum interirent, Al-  
phonsi nomen implorare  
auditos.

P.Fran-

P. Franciscus Paliota.

Ortu Nolanus, iam Sacerdos in Societatem nomen dedit. In occidentis Indias anno 1641. profectus, ibi sudauit magno charitatis, demissionis, ac auidæ ad agendum, & patiendum impigritatis exemplo, usque ad Sancti cognomencum ore vulgi illi datum. Inter orandum duo agebat potissimum; alterum, ut quicquid ageret, diuinæ gloriæ in sacrificium daret: alterum, ut gratiam obtinaret, post sudorem, sanguinem quoque fundendi.

In Insula Mindanao, ubi laborabat, eo vero pacius est, cum apostolam quendam sanctæ fidei reddere nitetur. Illum ad se sicariorum globo stipatum aduentare, cœtior faciis, ad supremæ

Italus. in  
Mindanao,  
29. Ian.  
1648.  
Soc. 16.

Oratio.

Fides.

lu-

luctationis gloriam in genua se se supplex composuit,  
& MARIANVM rosarium pro moriendi tesserâ manu  
arripuit, victimæ in modum  
suprema expectans . Ita  
mortem opperienti sicatij  
lato cultro, seu gladio, iecû  
primum in maxillam latè  
atque altè ad extrema usque  
colli adegêre . Franciscus  
IESVM, & MARIAM dixit;  
& auerso vulnere lanceâ in  
tergo confixus, humiq; col-  
lapsus; iterumque lanceâ, &  
alijs truculentæ mortis in-  
strumentis per transuersaria  
vulnera transuerberatus, pre-  
tiosam animam ita reddidit,  
ut optarat, Deo . Sacra al-  
taris patenâ pro disco abusi  
barbari, calicem quoque  
sputis temerare ausi, lignœa  
Crucifixi effigiem columnæ  
al-

alligatam dñe ac sacrilegē  
fustibus cæcidēre: atq; sacri-  
ficales etiam vester variè lu-  
dibrio habuere.

P. Richardus Bradlans.

Operarius laborum , &  
periculorum amans ob ani-  
marum lucra . Vnde eum  
nil metuens , inter plumbeā  
glandium grandinem , vul-  
neratis militibus pœnitentiā  
expiandis diligentiam naua-  
ret, globo plumbeo in capi-  
te iecus ille quidem est , at  
illæsus ; quia paulò ante mi-  
litum quispiam prouidenter  
suam illi cassidem in caput  
impresserat . Manchestriæ  
postmodum in carcerem ab-  
hæreticis in fidei Catholicæ  
seminatores , ministrosque  
infestè intentis coniectus ,  
ibi gloriosis ætumnis con-  
fectus est . adeoque sola illi  
vita

Anglus .  
Manche-  
striae  
30. Ian.  
1645.  
etat. 41.

Zelus ani-  
marum .

Fides.

vita defuisse videtur ad mor-  
tem cruentam in causa tam  
nobili oppetendam.

*P. Edmundus Donatus.*

*Hibernus.  
Corcagiae  
incerto  
mense, ac  
die.  
an. 1580.*

*Fides.*

Hic Summi Pontificis li-  
teras ad Getaldinum Ca-  
tholicæ militiz Præfetum,  
cum deferret, ab hereticis  
tentus; Limerici, in patria,  
in carcerem coniectus; Cor-  
cagix post carceris ærum-  
nas & cruciatus in patibulo  
strangulatus, dissecitusque,  
vitæ finem gloriosum in  
causa nobili reperit; eò quod  
fidem Catholicam nec ipse  
vellet damnare, & alios ad  
illam adduceret, in eaque  
firmaret; Elizabethæ Regi-  
næ titulo illo liberâ voce  
damnato quo illa se caput  
Ecclesiæ dici haberique  
voletbat. Hinc reus læse  
maiestatis, ac patibuli pro-  
nun-

anniciatus , & carnificatus  
est.

FEBRVARIVS.

P. *Iulius Pasqualis.*

**I**N agro Brixieni natus ,  
in occidentis India inde  
ab anno 1616. versatus , Ci-  
nadoam Mexicanam primus  
excudit . Cinipas primus è  
lustris in cœtum collegit ;  
tempia condidit ; & ea istic  
egit ac passus est , quæ apud  
barbaros hactenus à nullo  
domitos & multa , & haud  
mediocria esse solent . Cini-  
pæ monilia gestabant è con-  
chylijs : Iulius Beatissimæ  
Virginis Matris insignitè a-  
mans , illis Rosarium , vt il-  
lud eius monilis loco gesta-  
rent , & alternis choris reci-  
tarent , persuasit . Primus  
ubique vadum , primus pe-  
ri-

Kalendis  
February.  
Italus .  
caesus in  
vico  
Varochio-  
rum. 1632

B. V. Ro-  
sarium.

*Humil.*

riculosa loca tentabat; tan-  
quam vilius caput, opinio-  
ne suâ; eoque minore iactu-  
râ periturus. Itinera tot  
exantlauit, ut eorum conscij  
stupuerint vitam ei ad tot  
ærumnas sufficere. Induxit  
in morem; vt si quis in ago-

*Charitas.*

æris campani sonum omnes  
pro eo de genibus preca-  
rentur. In annone carita-  
te paruulis cibos in os, ma-  
ternum in morem, ingessit;

*Mortific.*

ipse non nisi parco, eoque  
parabili, & ferè auium po-  
tiùs quam hominum cibo  
contentus.

*Sacrum.*

Cùm diuinis o-  
peraretur, populo templi  
ruinam timenti persuasit, ne  
fugeret; prædixitque, tem-  
plum non nisi post peractum  
sacrificium ruiturum. Sacro  
peracto, populoque dimisso,

tem-

templum illicò collapsum  
est. Vbicunque partium es-  
set, horam vnam orationi  
mentalī, medianī examini  
geminō, præstitutum tempus  
lectioni spirituali dabat. Ar-  
debat intimè, sēpè altū su-  
spirare auditus: *Deus mens.*  
*cur te non amo?* O quando te  
perfectè diligam, Domine? O  
fac, Deus, ut amem te ita sicuti  
dignum est à me amari te.  
Dicebant qui cū pernōrant,  
illum Deo semper adesse, ac  
velut in beata vita versari.  
In facello coram SS. Sacra-  
mento erat pernoctans in o-  
ratione Dei. Ut menti, mo-  
ribusque humilitatem altè  
imprimeret, descripsit sibi, &  
semper præ oculis habere  
voluit illud Isaiae: *Ad quem*  
*respiciam, nisi ad pauperem*  
*lum, & contritum spiritu, &*

Accuratio  
in ordina-  
rījs.

*Amor Dei.*

Oratio:  
Eucbari-  
stia.  
Humilit.

c.66.v.2.

B tre.

trementem sermones meos ?  
 Pudicus vultus, & decora  
 modestia, ei pudicissima Vir  
 ginis nomen fecit. Inedia  
 illi longa, & cōstans; afferes,  
 lectorulus ; è seris cingulum  
 castitatis; & quotidiana, ca  
 que repetita, flagellis ad sā  
 guinem usque incussis in  
 carnem suam sauitia . Christo  
 phorus Martinez Hispan  
 us chirographo suo testa  
 tus est, oculum sibi altè in  
 caput recessisse, os verò fœ  
 dè ad auriculam usque de  
 tortum; verumque repente à  
 P. Iulio persanatum, cùm de  
 absente tunc P. Iulio noqu  
 cogitans Christophorus su  
 spiraret : O Si P. Julius Pa  
 squalis, vit ille sanctus, ades  
 set, is me procul dubio in  
 columitati restitueret ! Hæc  
 co cogitante adfuit iumento

ye-

vedus Iulius ; & agro pro-  
currenti, Domine Christo-  
phore , inquit, si ego san-  
ctus essem tu quoque sanctus  
fores . Sed aetate genua .  
Inde super aetentis caput  
Euangelium recitauit, & man-  
lū cruce signauit; quod intra  
quartum ferè diē discussum  
abscessit, nullo post se reliquo  
vestigio . Alius ait sibi di-  
ctum à P. Iulio : Ego pro re  
quam mihi commendare cogi-  
taras, sacrificabo . Et vero  
hoc ipsum aiebat ille se à  
P. Iulio ut peteret designa-  
se . Anno 1632. 18. Ian. mis-  
sæ sacrificium offerenti cor-  
poralia sanguine repentinò  
tingi sunt visa ; id quod etiā  
is qui sacro ministrabat vi-  
dit , & alij plures . Idem in  
sacrario introspiciētibus vi-  
sum : postridie nulla in ijs

Sacrum.

B 2 san-

*Fides.**Rosarium*

sanguinis nota comparuit. Dixit Iulius; id vel magnæ clavis, vel suæ necis esse indicium, & velut anticipatiōnem. Euentus 1. Februarij secutus: quo die quidam apostata, collectâ barbarorum manu, in domum Patrū irruit, dicens; velle se, ac suos ciues frui voluptatibus quas è lege Christi tam ipse Iulius, quam P. Emmanuel Martinez prohiberent. Domui ignis circumpositus. Patres rosarijs manus armant; atque iam antea intus inuenient expiati, prodeunt, & humili prouoluuntur ad preces; ac veneno illitarum sagittarū imbre à barbaris obruuntur, dum IESVM, & MARIAM pronunciant. Canes obiecta sibi corum cadavera ne quidem attigere. Barbari

ca-

calices orgijs adhibent, sa-  
cificale instrumentum om-  
ne diripiunt. Scheda san-  
guine P. Iulij exarata reper-  
ta est post eius obitum, in  
qua Sacramenti religione  
se obstringebat ad sanguinē  
pro Deo fundendum, si id  
posset. Nomen Iulij è lite-  
ris ab illo perscriptis decer-  
ptum, permultis, nec raro, sa-  
luti fuisse affirmant: quos in-  
ter est miles arcis Monte-  
claros, eo admoto à febri-  
bus, & dolore capitis qua-  
zocylis perfanatus.

*Amer Dei.*

P. Emmanuel Martinez.

Nobili genere in Algar-  
bijs natus, Beatissimæ Virgi-  
nis ope occasiones lubricas,  
& vnam potissimum diffici-  
liorem, incontaminatus eua-  
sit. Anno 1632. in Ianuario  
P. Julio Pasquali adiunctus,

*Lugdunus.*  
*ibidem*  
1. Febr.  
1632.  
*etat. 32.*  
Soc. 12.  
B.V.  
*Predictio-*  
*nies.*

B 3 dum

dum ad Cinaloas iret, dixit; primum qui de se venturus esset nuncium fore baiulum suæ mortis; id quod ita cœnit. Dixit etiam; P. Iulium fidei odio non priùs quàm se mortis socio perimendū. Quotidie in se perdiu sœviebat verbere iam consueto; Dei Matrem studiosè colebat; rosario illius è collo impeditus sub veste pendente semper munitus. Cinaloæ tāta de illo inter socios opinio, ut planè, contra quàm fieri amet, nostri vestem illius ac pedes exoscularentur. Elucebat in illo innocens charitas erga Deum, & proximum. B. Virginis officium, rosarium, aliud item de Immaculata Conceptione officium, quotidie recitabat: **Sabbatum** ieiunio, ter-

gcn.

*Mortific.**Rosarium  
B. V.**Cultus  
Deipara.*

gendiſ in culina lancibus ;  
ciuſdem festa verò etiam in-  
ſtictis dorſo verberibus pri-  
diē in triclinio, celebrabat.  
Cū ſtuderet ne cdum Sa-  
cerdos, bis quo thebdoma-  
dis ad Angelorum epulum,  
accedebat, duas horas dans  
gratijs inter dulces lachry-  
mas peragendis . Extremò,  
cum P. Iulio (ita yri prædi-  
xerat) ſagittis venenatis cō-  
fixus eſt, quarum prima ſta-  
tim brachium illius corpori  
affixit; reliquę illum penitus  
confecere.

*Euchar.*

P. Henricus Mors.

Societatem Rōmæ impe-  
tratam, in Anglia ingressus,  
tirocinium in carcere Neo-  
castri posuit triennio, statim  
captus atque iſtuc appulsus  
eſt. Ibi quidam de Societate  
illi ſocius carceris fuit, ma-

*Anglus :*  
*Londini*  
*1. Febr.*  
*1645.*  
*Soc. 20.*

B 4      gi-

*Fides.*

gisterque virtutis . Årumq[ue] carceris effecere , ut mors non minùs in grandi macie quâ torridus rigebat , quam in illius nomine reluceret . Aiunt , vix ullum reorum ex illo carcere ductum fuisse ad mortem , quem Henricus non priùs addixerit Catholice veritati . In exilium amandatus , in Vyatenēsi domo vixit inter Nouitios ; quorum deinde magistrum egit , magno disciplinæ studio , quia pari exemplo . Non vnâ amandatione à patria exulauit . Ultimum tandem cō redux , de Sacerdotio damnatus est . Mirus ad moriturum affluxus : & ipse yltimus viribus fatagebat pro salute consulentium , confidentiumque peccata . Post noctem insomnem , i. Februario

rij

rij horâ 4. manè sacris vltimè operatus, pro Anglia confuetas B. V. Lauretanæ, ac Sanctorum omnium Litaniæ recitauit. Ab his, de SSS. TRINITATE sacrificauit, votivo sacro; ut gratias ei redderet pro morte quam adibat. Mox horæ canonicae dicitæ, ac vale socijs; à quibus in secreto cubiculo cum alio de Societate se abdens, totâ quantâ potuit virium contentione se in nobilissimos virtutum excelsarum actus peccato liberè in Deum exorreto explicuit, usque dum felici nūcio accerseretur ad mortem. quo accepto, exquisitis verbis gratias Deo teneras reddidit, seque obtulit invictimam. Altero Patre, ut in IESV, MARIÆ, ac San-

B. V.  
Zelus.

Mortis  
apparatu

& torum omnium expectan-  
 tiū amplectus porro iret  
 perquisitè hortante, exarsit,  
 succlamauitque flagranter  
 Henricus: *Veni, mi I E S V*  
*dulcissime!* ut deuinctus tibi,  
 à te nulla aeternitate auellar!  
*Venite, vincula, crates, tor-*  
*mencia, laniena mortis, venite!*  
*I E S V* amore placetis, Ita  
 Mors mortem optauit ut  
 superaret. Raptatus ad sus-  
 pendium, egregiè ad popu-  
 lum perorauit. Deinde ver-  
 sā ad SSS. Trinitatem ora-  
 tione, actus amoris Dei, &  
 contritionis conceptis ver-  
 bis, edidit. Particulatim se  
 de irâ, & de attentionis in-  
 precibus negligentiam in eo  
 doloris actu accusauit pa-  
 lam: postremò; *In manus tuas*  
*Domine, commendō spiritum*  
*meum;* dixit: peccus in signū  
 ani-

animi de peccatis dolentis percussit, simulque ex multa passione à Sacerdote turbæ permisso à peccatis absolutus, simul subducto carro pependit, & mox quadrifariam in partes carnificatus est.

P. Ludouicus Quiros.

Duri ad salutis mysteria, *Lusitanus*  
Floridani, libenter quidem *in Florida*  
audiebant quām impensè *3. Febr.*  
amaret, ac beneficijs orna-  
ret bonos Deus; at de sup-  
plicijs eternis nihil ad aures  
admittebant, dæmonem iu-  
nenuin Deum esse dicentes. *Deus iu-*  
Hos dum quā potest excusat *nenum*  
Ludouicus cum socijs, & *apud Flo-*  
Ludouicum quendam perfidum Neophytum à perfidia  
conatur ad Christi sacra re-  
ducere; ab eodem bona ver-  
ba accipit, quippe qui se *Fides,*  
B 6 om-

omnino rediturū promitte-  
rat. Eā spe hilaris reuerte-  
batur P. Ludouicus: & ecce  
collecto barbarorum globo  
Ludouicus apostata illum-  
per iter aggressus, eius cor  
ſagittâ transfixit.

*Ioannes Baptista Mendez,  
& Gabriel de Solis*  
Nouitij.

*ibid. eodam  
die.*

Hi sacris necdum initiati  
cum P. Ludouico Neophy-  
tum apostatam ad frugem  
conati reducere, ab eo opti-  
ma omnia promittente re-  
duces, cùm ille P. Ludouicū  
perimeret, ab eius socijs tru-  
cidati sunt, postridie post fe-  
stum Purificationis Virginis  
Matris. Hunc Ludouicum,  
Cacicham vocat Catalogus.  
aitque illum insulæ Floridæ  
principem fuisse, baptismum  
ſimulatè in Hispania ſusce-  
piſ-

pisse; ac se ducem Patribus  
obculisse.

*Tres Sancti Martires.*

*Paulus, Ioannes, & Jacobus.*

*Paulus Michi Scholasticus*  
nobili apud Iaponios domo  
natus, in Seminario Grego-  
riano literaturâ à nostris  
excultus, & Scholasticorum  
classi in Societate adscriptus,  
concionandi facundiâ, & fe-  
licitate floruit magno fru-  
ctu.

*Iapones.*

*Nangash-*  
*chi.*

*s. Febr.*  
*1597.*

*Ioannes de Goto adolescens*  
19. annos natus, & ipse inter  
Scholasticos referendus; &  
*Jacobus Kisay Coadiutor*, e-  
rudiendis catechesi rudibus  
addicti, atque in Societatem  
recepti, ac Ozacæ breui, vna  
cum Paulo, custodiâ circum-  
scripti, cum latam in se cru-  
cis sententiam accepissent,  
*Iacti exclamauere: Benedi-*  
*ctus*

*Defid.  
patiendi.*

*Auricula  
abſcissa.*

*Fides.*

*Etus sit Dominus noster Iesuſ,*  
*qui nos elegit è tot alijs ad cō-*  
*moriendum ſibi in ſancta cru-*  
*ce. Et Paulus; Triginta tres,*  
*ait, etatis annos natus dediſti*  
*vitam tuam pro me in morte,*  
*à bone Iefu! Ecce & ego toti-*  
*dem annos numero, dum pro*  
*te ſubea mortem cracis. Mea-*  
*cum ductis, ſinistræ auricu-*  
*læ pars abſcissa, tā his quām*  
*ijs, qui vñā captiui teneban-*  
*tur è disciplina S. Franciſci,*  
*ac alijs Christianis. omnium*  
*numerus erat 24. quibus*  
*duo Adaucti poſtmodum ac-*  
*cessere. Ibi alij alijs curri-*  
*bus impositi, præfiga in ta-*  
*bulâ ſententiâ, quæ dicebat;*  
*hos crucis damnatos, cō*  
*quòd, contra Iaponum Im-*  
*peratoris legem, Christi le-*  
*gem ſint amplexi, eamque*  
*alijs prædicârint. Ira per*  
*pla-*

plateas in custodiam vec-  
cum illa epigraphe.

*Iacobus Kisay Christo cru-*  
*cifixo mirificè addictus, &*  
*iam 64. annos natus, incre-*  
*dibile est quanta dederit si-*  
*gna lætitiae, quòd se Christi*  
*crucis videret esse partici-*  
*pem.. Paulus Michi in car-*  
*cere de fide, ac Martyrij glo-*  
*ria ita dixit, ut duo qui cum*  
*audiebant Iaponij sc. Chri-*  
*sto nomen dare velle rece-*  
*perint.. Iumentis impositi,*  
*& alligati, 27. dierum iti-*  
*nere per summum frigus*  
*Nangasachum perducti sūt.*  
*Flebat ubertim Pauli vete-*  
*ris amici sortem, tyranni*  
*germanus; at mortem pro-*  
*fide Christi obeundam aie-*  
*bat Paulus esse sibi vitis om-*  
*nibus chariorem. De cruce*  
*iam sublimis, veniam à Deo*  
*pre-*

precatus omnibus, flagran-  
ter ad suos ciues dixit.  
Postea Ioānes Soan, seu de Go-  
sho floridus adolescens, præ-  
fenti suo Patri, ac martyris  
filij cruce asperso, Beatissi-  
mæ Virginis coronam pre-  
cariam, quâ usus fuerat, do-  
nauit, & in crucem sublatus  
est. Post hunc denique Ia-  
cobus Coadiutor. Tū coor-  
tā Christi norum circūm in-  
genua abiectorum complora-  
tione, barbarorum admira-  
tione, IESVS MARIA  
conclamatum est, cùm mar-  
tyrum latera configerentur  
hastis à latere altero per cor  
ad latus aliud penetranti-  
bus; Iapone hinc alio per  
sinistrum, inde alio in dex-  
trum latus martyris hastam  
cum impetu adigente. Vr-  
banus VIII. hos vñà cum  
fo-

socijs Sanctorum Martyrum  
 Catalogo ritè adscriptis anno 1627. 10. Iulij. Non de-  
 sunt qui affirmant, primâ  
 post corum agonem sextâ  
 feriâ per noctem conspectos  
 esse in cælo, ad eam partem  
 quâ pendebant Martyres,  
 tres ingentes radios, ac ve-  
 lut igneas columnas; earum  
 columnarum medium cùm  
 duabus horis fulsisset, supra  
 templum Societatis Iesu cō-  
 stitisse, ac videri desissem;  
 noctem claram luxisse; in eo  
 loco in quem ea columnas  
 visa fuit subsidere, multas  
 scintillas conspectas stellis  
 consimiles; per longum tem-  
 poris spatium sextâ quauis  
 feriâ supra campum martyrij  
 multas apparuisse stellas, cā-  
 delarum instar, quæ ad ritum  
 quendam supplicationum

mo-

*Radij cæ-  
lestes.  
Feria vi.*

motæ , ad locum, qui Ere-  
mus Deiparæ dicitur, fere-  
bantur. Alia non lubet his  
addere, quæ à nonnullis du-  
biæ fidei esse censentur. Vi-  
deri potest Bollandus 5.  
Febr. vbi huius in martyrij ve-  
lut prænunciæ repertæ cru-  
ces. In Obama vico, anno  
1589. 24. Dec. in taræ arbo-  
ris (quam sacram ibi vocant,  
putantque contra malignos  
spiritus vim habere) truncò  
fisso, in utraque parte, crux  
reperta: Protasio Regi di-  
*Cruces in*  
*arboribus.* cium per quietem à duobus  
de caelo venientibus ; breui  
in eius terris signum IESV  
non manufactum detectum  
iri. In Facunda vico, anno  
1592. 7. Febr. in horto, in ar-  
boris, securi atque cuncio  
fissæ, frustis, seu lignis, nigræ  
cruces aptè formatæ cōspe-  
ctæ,

&c, geminis singulæ bra-  
chijs, pede, tituloque insi-  
gnes. S. Iacobus Quisay ne  
dilecti sui Crucifixi obliui-  
sceretur, totam patientis  
Iesu historiam secum in li-  
bello descriptam gestabat  
continuò, eamque legebat  
quotidiè; ut de illo refert  
P. Ioannes Nierembergius  
de adoratione in spiritu  
lib. 2. cap. 5. ubi etiam de  
splendore sextâ quavis feria  
conspecto super locum mar-  
tyrij.

Lectio spi-  
ritus.

P. Antonius Criminialis.

Sisse ad Parmam 7. Fe-  
bruarij natus; ideo in hunc  
diem refertur: nam dies ca-  
dis est in incerto. Ab ipso  
S. P. Ignatio ad Societatem  
Romæ admissus, & ad S.Xa-  
uerium destinatus, ibi totum  
Comorinum semel quotmē-  
sibus

Italus.  
Punicatus.  
7. Febr.  
1549.  
etatis 29.

*Itinera.**Fides.*

sibus, nudipes per ducenta  
& amplius passuum millia  
concurſabat. Petentibus id  
ſocijs præfeatus eſt; & fa-  
etus ſpiritualis adiutor. S. Xa-  
uerius S. Ignatio ſcribens,  
illum enim uero virum fan-  
etum eſſe ait, ac omnibus ita  
charū ut explicari vix poſ-  
ſit: eius ſimiles ſe pro illis  
oris deſiderare. Brachma-  
norum cum Bagodis coortâ  
conſpiratione pro reſtituen-  
dis idolorum honoribus,  
iamque ſequentibus in Chri-  
ſtianos Ethnicis, Antonius  
nullam (que tamea haud  
vna offerebatur) ſe in tutum  
recipiendi occaſionem arri-  
puit; verū ſubmissis humi-  
genibus, ac oculis manibus-  
que ſublati in calum, cor-  
pus & animū ad mortis ex-  
pectationem apparationēq;  
com-

composuit. Ita extrema  
opperientis latus sinistrum  
Saracenus hastâ aperuit.  
Antonius verò irruentes ad  
spolia diripienda barbaros,  
*Fortitudo.*  
in vestibus detrahendis iu-  
nit, vsque ad subuculam san-  
guine adhuc calentem illis  
haud repugnanter datam.  
Tum ad eadem sacram se  
agebat ut poterat, quod ibi  
moreretur; cum secundo  
vulnere hastâ inflatos sauciis,  
in genua iterum se deiecit;  
telum è vulnere eduxit, ad  
templum iteratò se moliēs,  
ut supremum sanguinem  
istic Deo aris vicinus offer-  
ret. At coorto Bagadarum  
tumultu, obuiam se illis ver-  
tit Antonius, & aduerso pe-  
ctore hastam tertiam exce-  
pit, in genua iterum ac pre-  
cess effusus. Quartum deni-  
que

que vulnus tulit in humero ;  
 quo prostratus , quinto vul-  
 neri iugulum , & spiritum  
 Deo dedit, è Societate Iesu  
 prima victima in odium fi-  
 deli cæsa . Punicale caput  
 abscissum ex alto suspensum.  
*Oratio :*  
 Quotidie trities , & sæpè  
 quadragies , positis humi-  
 genibus, precabatur. Ad vir-  
 tutes eius describendas ait  
 Alphonsus Cyprianus inte-  
 gro volumine opus esse. An-  
 no 1595. *Ioannes Dominicus*  
*Criminalis*, Antonij nostri  
 fratris filius , iurejurando  
 affirmauit, se cùm à spe vite  
 depositus iaceret , nocte in-  
 tempesta flammis circumda-  
 tum, vidisse totum suum cō-  
 clave igne compleri. Ingres-  
 sum ad se horrendum dæ-  
 monem : sed simul P. Anto-  
 niū adfuisse; prehensoque  
 in-

*Apparet.*

infirmi timentis ne à præ-  
sente dæmone illum secum  
rapere connitente abripere-  
tur brachio, Italicè dixisse :

*Ioannes Dominice , firmus  
eſto animo : & ne dubitaneris,  
quia hic ſam ego, ut te adiu-  
uem . Mox fugatum ab An-  
tonio minacem dæmonem  
abijſſe ; ſimul videri Anto-  
nium patruum defiſſe . Hæc  
ille iuratus dixit ; & valetu-  
dine breui receptâ , meliori-  
bus quam antehac viuendi  
consilijs etiam confirmauit  
ea quæ iureiurando affirmâ-  
rat .*

*P. Jacobus Salesius, & Guiliel-  
mus Saltamochins .*

Coad.

Vterque in odium fidei  
Catholicæ ab hereticis Al-  
benaci captus, longâ fame,  
fiti, ærumnisque vexatus est.

Galli.  
Albenaci .  
7. Febr.  
1593.  
Stat. 37.  
Soc. 20.

Sa-

*Fides:*

Salesio pro fide doctè loquenti os luto impletum. Inde pro inimicis orantis humerus sclopo traiectus; & Jacobus IESVM clamās ferro in pectus adacto confossus est. Amplexus illum Guillelmus Coadiutor pugionibus trucidatus. Caduera per sex dies iacuere. Autores necis alij aliâ clade puniti diuinitùs, delirio, tremibus, infamiâ; quidam etiam corrosi à vermibus interière. Cæterū Salesius Philosophiam, ac Theologiam Scholasticam primum, deinde moralem, docuit, linguarum sacrarum insignitè peritus. Asthmate, ac immodicæ famis morbo afflictus, laborabat tamè æquè ac valens. Vbi vbi esset, vnum sibi è socijs moni-

*Humilit.*

nitorem deligebat fidelem,  
atque assiduum. Dulce illi  
fuit silentium; & inde faci-  
lior ars orandi v̄su firmata.

Oratio:

Vnde tenerè, ac facile abri-  
piebatur ad Deum ab ijs  
quæ videbat. Aiebat;debe-  
re quemuis impensè gratu-  
lari Deo cum Sanctis de illa  
iucunditate quâ ipse infinitè  
gaudet. Cubiculi ianuam  
pulsante quopiam, curuatis  
genibus dicebat: *Intra, Deus Iaculor  
meus, intra animam meam.* Euch.  
Sanctissimam Eucharistiam,  
ferè horis singulis adorabat;  
sæpè etiam visitabat. Dixit  
Superiori; se à Deo singulis  
horis martyrium petijisse.  
idipsum petebat quotidie  
coram SS.Sacramento, reci-  
tatâ quinquies Dominicâ, &  
Angelicâ oratione in hono-  
rem Regis Martyrum boni

Iaculor  
Euch.  
Hore.

C Iesu.

*Oratio.*

Iesu. *Dixit etiam cuiquam annis aliquot ante mortem; optimum genus mortis fore, si sclopo inter orandū ictus concideret : benè quoque illi quā esset cædendus manui precabatur. Totus in amore Dei erat, seu ad socios diceret, seu familiari vñsu colloqueretur. Affectus aliquot hisce versiculis illigauit :*

*Gusto Deum, cupio, zelor,  
gratusque reuoluo :*

*Offero, depono, atque resigno,  
mortificorque :*

*Confero, magnifico, admiror,  
congratulor ipſi.*

*Anno 1622. 5. Julij Bruxellis dæmon ex energumenta dixit, se libello de fide ab eo composto mirè vri; tæsum esse illum Albenaci ab ijs quos ipse suos amicos*

*Amor Dei.*

cos appellabat. Nocte post  
cædem proximâ, in eo, in  
quo Salesius natus fuerat  
cubiculo, per horæ spatiū,  
& ampliū, mirus quidam  
splendor eluxit ; cuius rei  
mysterium postea eius nunc-  
ciata mors enucleauit.

Cubicula.

Guilielmus Saltamochius.

Coad.

Sutor officio, & postea  
P.Salesij socius fuit Cùm in  
Parris eiusdem morientis  
amplexibus mori peteret,  
iamque configeretur, manus  
in crucis formam ante pe-  
ctus composuit, seque ad  
mortem heroicam bréuium  
dolorum, ac aeternorū præ-  
miorum commemorationes  
cohortatus, Patere, aiebat,  
caro, patere ! Et Iesum pro  
dolorum condimento inge-  
minans vixit felix.

Gallus

ibid.

7.Febr.

1593.

act. 38.

Soc. 12.

Patientia.

Caro.

.. C 2 P.Io.

*P.Io.Bapt. Segura.*

*Hispanus.  
in Florida  
3. Febr.  
1571.*

Cùm Vallisoleti Rector præcesset, à B. Eorgia in Floridam anno 1568. missus, ibi pro fide nauiter laborauit; donec à Ludouico Neophyto (qui ex Hispania ad patriam, & simul ad barbaros mores, desertor fidei Christianæ, redierat) & alijs barbaris, securibus concisus est post eos quorum 3. Februarij commemini. Socij huius in glorioſo hoc agone fuere

*Gabriel Gomez,*

*Petrus de Linares,*

*Sanctius Sanallius, &*

*Christophorus Rotundus Novitius.* Horum corpora cùm cōderentur, singulorum manibus crux vna inserta, iussu Neophyti desertoris.

Sacrum omne instrumentum in ludicrum versus.

Alius

Alius patenam è collo, ut monile, seu buñam, appendit: alius easulâ induitus sc̄e iactabat: calicem alius, seu poculum, gestabat manu. Alphōsus adolescens à Neophyti desertoris germano seruatus, ait sicuties Crucifixum è cista extractum non sine contemplationis significacione contemplates, alios quidem repentinò conterritos aufugisse, tres autem ipso in loco mortuos concidisse.

Crucifix.  
xvi.

Mancius Mizogucci. Coad.

Funai natus in Regno Bügensi. cum mysteriorum fideli, ac patriæ linguae peritiâ pro eoncione ad suos magno cum fructu vteretur, Neophytes in religione firmabat tempore tempestatis à Daifuo excitatae. Socijs à

Iapon.  
in Iaponia.  
Februar.  
1615.  
act. 43.  
Societ. 53.

C 3. ty-

tyranno è Iaponia amanda-  
tis , Mancius more primæ  
Ecclesiæ latitās, Christianos  
omni ope solabatur , atque  
seruabat , ærumnas multas  
perpeſſus; quæ illum etiam  
extinxēre .

*P. Didacus Taki.*

A puero in Iaponico So-  
cietatis Seminario educatus,  
post Philosophiam Theolo-  
giâ Morali triennio eruditus,  
humaniores disciplinas tra-  
didit quinque annis ; Dai-  
fusane furore proscriptis è  
Iaponia socijs, perstigit ipſe  
dissimulatâ personâ in patria;  
magnis pro re Catholica  
ſtineribus, magnis laboribus  
exantlatis . Viua nascentis  
Ecclesiæ ac heroicorum il-  
lorum temporum imago in-  
illo eluxit, cùm per ipſos vi-  
ginti annos per ſiluas vag-  
tus,

*Fides.*

Iapon.  
Ozaca  
Februa-  
rio .  
1636.  
etat.62.  
Soc.42.

*Fides.*

tus, ijs vescebatur quæ vltò  
dabat terra non culta , nul-  
lius vnquam usus hospitio; Aerumna.  
ne vlli noceret qui omnibus  
proderat, satagens pro Chri-  
stianis in fide inter illa tur-  
bamenta seruandis . Februa-  
rio mense, Ozacæ totius tri-  
dui suspendio pronus capite  
pependit in foueam , certa-  
uitque legitimè fortis ad  
mortem ysque seruatâ fide;  
quam vt alij quoque Chri-  
stiani seruarent, tam longin-  
quis itineribus , laboribus ,  
ærumnis effecerat .

P. Iodocus Mayering, &  
Andreas Martini Coad.

Hos è templo extractos  
hæretici Sueci milites Ru-  
beaci in Alsacia ad Rhenum,  
in curiā abduxere . IESVM,  
& MARIAM pronunciantes  
cauillis accepti , hortante,

Germani.  
occisi  
Rubeaci  
15. Febr.  
1634.  
Iesus  
Maria.

C 4 hæ-

hæretico, ut ea nomina por-  
 rò inuocarent, moxque ad-  
 dente; Non andit MARIA:  
 non venit: non potest. Mo-  
 riēdum illis sacrificulis aie-  
 bant, quicquid suam MA-  
 RIAM inuocarent. Et verò  
 MARIA eis tessera fuit.  
 Nam ut primū elatā vocē  
 sicariorum quispiam exclā-  
 mauit; Sancta MARIA! mox  
 Iodoco in capite iam ante  
 ferreā sclopi militaris fistulā  
 percusso, & saucio, certatim  
 coxendicem gladijs confo-  
 dere: inde illi sicam per  
 dorsum ad pectus adegere:  
 & ille IESVM, ac MARIAM  
 vocans, animam dedit. An-  
 drea Martini post lethale  
 vulnus inflatum, fissum il-  
 licò securi caput. Hæc odio  
 fidei patrata cùm ex ijs quæ  
 dixi licet colligere, tum ex  
 eo

ce, quòd Ioanni horum so-  
cio pepercerit miles, cùm  
interrogatus Ioannes num-  
& ipse de Sacerdotibus es-  
set; se sutorum non Sacerdo-  
tem esse dixisset.

Fides:

*Paulus Rioin. Coad.*

Gratiâ etiam apud Ethni-  
cos dynastas, dicendi facun-  
diâ, & magnis pro Euange-  
lio sudoribus fuit spectabi-  
lis; fructu non impari ani-  
marum, quarum studio se to-  
tum transcripscrat. Sed à  
Cubosama in exilium rele-  
gatus vñà cum alijs quos  
tyrannus in Iaponia ferre  
nō poterat, ne Christi fidem  
proseminare perorrò perge-  
rent, in Philippinis à nauig-  
ationis astrumnis confectus  
est; læsus quòd fidelis Chri-  
sto exul potius moreretur,  
quām in patria viueret sine

Iapon.

Manila.

17. Febr.

1615.

act. 64.

Soc. 39.

Fides.

**Christo.**

*P. Emmanuel Fernandius.*

*Afer.  
Eboræ.  
18. Febr.  
1555.  
Soc 13.  
Miseri-  
cordia.*

*Charitas.*

*Concio.*

Afer Tingitanus nobili  
loco natus. Aiunt, illum  
paruulum aliquando cibum  
non prius capere voluisse,  
quam inopibus quibusdam  
nomina, seu debita dimitti  
a parentibus exorasset. S. Xa-  
uerij, ac Rodericij vnu ani-  
mum Vlyssiponæ ad Socie-  
tatem adiecit, suscepitus Co-  
nimbricæ. Transtaganas mis-  
siones pedes concursans, dis-  
tractos odijs animos ita  
permouit, ut eodem die ali-  
quando quinquagenos dissi-  
dentes hactenus, in lachry-  
mas, & amplexus pacifica-  
tionis peractæ testes ire vi-  
derit. Fæminis cultum pu-  
dicum, vano abiecto, persua-  
sit, eo dicendi fulmine quo  
animos permiscebatur; sacri-  
ficio

ficio priis, & oratione pe- *Sacrum.*  
 &us muniens contra respe-  
 &us humanos, & petens à  
 Deo verba idonea ad mo-  
 uendum. unde ibat & ipse  
 facilis in lachrymas, & alios  
 rupiebat, multifariam inge-  
 niosus ad variam pro ani-  
 marum salute industria.  
 Primus Eboræ in morem  
 induxit, ut reis comites irent  
 Patres de Societate ad mor-  
 tem: ubi reo vitâ iam fun-  
 eto, è scalis, vel è ferali peg-  
 mati, dicebat ad populum  
 ea quæ durissimos quosque  
 percellerent. Impura fami-  
 na Ferdinandi contra sordes  
 fulminantis ore perterrita,  
 se ad frugem castam recepit.  
 Eapropter, deserti ab ea *Castitas.*  
 proci operâ, per iter Emma-  
 nuclem adorti personati si-  
 carij, hunc ipsum illum esse  
 C 6 qui

qui talem fæminam à libidine abduxisset, conclamant; & sacculis arenâ farti illum dirè contundunt, seque in-  
*charitas.* fugam coniiciunt. At Emmanuele voce quantâ adhuc poterat illos ad poenitentiam, & ad veniam dulcissimè inuitante; ac silentium, absolutionem, preces promittente, illorum unus ad iacentis Patris pedes abiectus, peccata confessus est. Fluebant & reo, & Patri vbertim lachrymæ; huic præ gaudio de peccatore poenitentiam agebte; illi præ dolore scelerum patratorum. Eboram demum eiusdem conuersi ope se vt cunque pertraxit: ubi ægrum Henricus Cardinalis Regius Infans inuisit; mortuum vrbs vbiuersa magnis exequijs ho-

honerauit, & fecuit.. Morbi,  
& mortis causa ex illius ore  
haberi aequaliter potuit, sed  
ex illo, quem dixi, conuersus.  
Sacrificeales vestes, in eius ca-  
davere post annos triginta  
quatuor translato, reperta  
penitus incorruptæ.

P. Landonicus Geneanuſ.

Cocini , & Coulani diu  
parvolorum magister. postea  
per magna suscepta itinera  
ex celso animo pro Euange-  
lio multa tulit, fecitque, mul-  
tis Christo adiunctis; edque  
Ethniciſ odio fuit : propina-  
toque ab ijs veneno, ut mul-  
ti affirmant, eneatus est.

Lusitanus.  
vel Indus...  
Cocini  
18. Febr.  
1584.  
etatis 58.  
Soc 32.

P. Petrus Martinez Episcopus  
Iaponie.

Cum Rege Sebastiano in  
Africam profectus, illo istic  
amisso, à barbaris in seruitu-  
te non vñā multa perpessus,  
nau-

Lusitanus.  
in Mala-  
censi mari  
18. Febr.  
1598.

*Fides.* naufragio superstes, anno  
demum 1592. Pontificis iuf-  
su, Præpositi Generalis mo-  
nitu, Iaponiæ Antistes crea-  
tus, & consecratus, Nanga-  
fachnm anno 1596. appulsus  
est; & sua istic Pastoris mu-  
nia executus, Paulum, Ioan-  
nem, ac Iacobum, Santos il-  
los Societatis postea Mar-  
tyres, aliosque permultos,  
Sacramento confirmauit; ca-  
dem exiunt alibi exercens, &  
eleemosynis vicitans inter  
Euangelij labores, inter ti-  
morem ac spem. Tum tem-  
pestate in Christianos à ty-  
ranno concitatâ in exilium  
relegatus, ærumnis nauiga-  
tionis confectus est. Ca-  
dauer Malacam deportatum  
18. Febr. 1598. Vir fuit heroi-  
cæ, ac Apostolicæ planè for-  
titudinis laude inclytus;  
nec

nec animi demissione minor  
quam eminens Ecclesiasticâ  
dignitate .

P. Arnoldus Boecop.

Hic locupletis domus hæ-  
res unicus, in Batavica (quod  
certè mirere ) Academia ,  
integralm & fidei Catholicę,  
& virginitatis laudem ser-  
uauit ; postea Societatem  
amplexus. Medicus affirma-  
uit ; illum veneno interne-  
ctum : quippe tentus in itine-  
re ab hæreticis, & coniectus  
in carcerem , cum nihil esset  
cuius causâ plecti posset,  
porrectum illi venenum est  
quod ille haufit ignarus : &  
illud brevi se prödidit Co-  
loniæ ; cumque misis pér  
quinque menses patientiæ  
documentis illustrem lentæ  
atque acerbæ morti addi-  
xit .

Belga.  
Coloniæ.  
19. Febr.  
1622.  
et. 38.  
Soc. 14.

Fides .

Cura-

*Carbertus Prescotton. Stephani. Coad.*

*Anglus.  
Londini  
20. Febr.  
1647.  
Aet. 55.  
Soc. 23.*

*Fides.*

*Charitas.*

Suppeditandæ ex Anglia  
Seminario Audomarensi iu-  
uentuti dextrè addicetus, no-  
bilem ea in re inter plura  
discrimina operam nauauit  
non semel captus , & li-  
ber . Captus tandem ite-  
rùm, ad extremum, cùm Sa-  
cerdos non esset ad furcam  
damnatus non est; sed in-  
carcerem perpetuum Lon-  
dini conditus ; cò quòd è  
solemni formulâ illud iusiu-  
randum fidelitatis ( vt vo-  
cant hæretici) præstare nol-  
let, quod integrâ Sedis Apo-  
stolicæ ac fidei Catholicæ  
autoritate Catholicus nemo  
potest . In carcere in qmnes  
beneficus, eoque charus om-  
nibus fuit; donec annorum  
plurium , quibus ibi attine-  
ba-

batur, ærumnæ illum sensim  
attriuēre, ac morte optatâ  
consumpsere.

P. Martinus Guttierrez.

Ante initam Societatem,  
inter prima ingenia; in So-  
cietate anno 1550. initâ, in-  
ter primæ notæ viros vitæ  
sanctimoniam excelluit. In  
B.V. honorem feriâ quartâ,  
& Sabbatho ieiunabat; &  
Sabbato anno 1573. illi Ro-  
mam per Gallias cunti B.  
Virgo prædixit mortem in-  
tra octo dies ad futuram,  
cùm ad B. Virginis ediculam  
iret cum socijs. Inde redux-  
vna cum comitibus, ab hæ-  
reticis captus, percussus, illu-  
sus, & in carcere ærumnis  
confectus est; etiam sacris  
reliquijs, & sacrâ supellecti-  
le ab hæreticis indignè tra-  
statâ, quod dicerent; Hispa-  
num.

Hispanus.  
Cardelio-  
ci in Gal-  
lia.  
21. Febr.  
1573. -  
etat. 49.  
Soc. 23.  
B. V.  
Ieiunia.

sum Regem, & inquisitionem  
 in sectariorum necem semper  
 esse intentos. idque habuit,  
 quod olim petenti B. Virgo  
 annuerat, ut sine ullo huma-  
 no solatio moreretur. Ad-  
 fuit eo mortuo Matrona  
 spectabilis, quæ cadaver ni-  
 tidè composuit, & videri de-  
 sijt. S.Terefia, datis ad P.  
 Hispaniæ Assistentem Ro-  
 manam literis affirmauit, sibi  
 illum à Deo in Martyrum  
 choro ostensum. Victoriae  
 in Cantabria, Sacerdoti  
 (apud quem P. Martinus cū  
 comitibus fuerat diuersa-  
 tus) sanctimonialis eodem  
 anno dixit 21. Febr. Patrem  
 è tribus vnum, eumque qui  
 Deiparae fuerit magis stu-  
 diosus, hoc die in Gallia  
 diem ultimū obijisse. P.Ioan-  
 nes Fernādius retulit, Marti-  
 num

*B.V.**Mors.**S.Terefia.**B.V.**Mors di-  
uinitus  
indicata.*

num serenâ facie sibi cōspe-  
ctum ; ab eoque sibi enixè  
commendatam Dei memo-  
riam . Cùm ab orandi con-  
tentione capit is dolore pro-  
hiberetur , coram Deiparæ  
imagine opem illius demis-  
sè flagitauit , & summain ia-  
orando facilitatem , ac felici-  
tatem impetravit . In socijs  
magno perè contendebat , vt  
omnibus magnæ erga B. V.  
religionis studium imprime-  
ret . Conspectâ in triclinio ,  
dum egredieretur , Dei Ma-  
tris imagine , adeò exarsit , vt  
in conclaue secedere prius  
quam ad aliorum consortio-  
nem iret , ibique suos æstus  
explicare , componere que  
debuerit . S. Ioannem , S. Ma-  
riam Magdalenam , & San-  
tos Beatissimæ Virgini olim  
familiares , hoc nomine præ  
alijs

Præsentia  
Dei .  
Disce à  
mortuo .

B.V.

Image  
B.V.

B.V.

alijs colebat. Potens erat dicendo ad concionem: sed cùm de B. V. ageret, super-grediebatur se ipsum, longè tunc se augustior. Ipsam, verò Deiparam adeò familiariter videbat, ut conspe-ctis varijs eius imaginibus facilè discerneret, hanc vel illam, præ aliâ, Deiparæ fa-ciem propius referre, ma-gisque similem illi esse. De P. Suarez prædixit; magno illum Ecclesiæ, ac Societati décori, & emolumento futu-rum: eidemque persuasit, ut de B. V. enucleatè explic-a-ret in scholis, illam omnibus omnium cœlitum choris gratiâ, & gloriâ, longè su-pe-riorem esse: id quod adeò cumulatè præstítit Suarez, ut Beatissima Virgo P. Gut-tierzio cā ob rem deinde gra-

P. Saarez.

gratias egerit. Sub eiusdem pallio vidit Guttierrez uniuersam Societatem collectam, & nostros, velut pullos, sub Dei Matris alis protectos. Eadem illi sub *Examen.*  
 mine de suorum labeculis sollicito cum præcesset, in lance argenteâ *cor.* exile ostendit in duabus sanguinis guttis penè submersum, & trepidum; & hoc aiebat esse ipsius cor. Deinde amplum aliud, quod erat cor *Superiores.*  
 Dei, qui nullis mortalium noxis perturbatur. Cum Placentiae Rector esset, ac *oratio.* primâ Iulij de B.V. Visitante officium diuinum recitaret, Beatissima Virgo illum certiorem fecit de Coadiutore quodam ad negotia feras misso à procaci muliercula tentato. Vnde illum statim

tim redire iussit. P. Franciscum Villanouam, suū olim in spiritu Magistrum, diuinitū didicit, breui post mortem, Cælo esse receptum.

A S. Francisco, & alijs cœlitibus familiariter visebatur. Intellexit ; omnes, quorum ipse Rector erat, prædestinatos esse ad gloriam. Carolo Nouitio cuidam in culinatice cogitanti ; Ecquid erit mecum annis futuris ? Respondit : id cum illo fore, quod Deo videretur. nostrum quendam ægrum amplexu persanauit. Cum æger verni ieunij concionibus imparem se fore persentisceret, rem omnem in Beatisimè Virginis manibus deponebat, ut ipsa faceret conciones. Tum mirificè se robustum sentiebat, siccetebatque

*S. Franci-  
scus.*

*B.V.*

*Conciones.*

que cœruiçes peccatorum.,  
 quas ne cœlebratissimi qui-  
 que hactenus poterat emol-  
 lire. Mirâ propensione fer-  
 uiebat ægrotis in Nosoco- *Charitas.*  
 mio; & alijs idem persuade-  
 bat. Dæmon aliquando Bea-  
 tissimæ Virginis effigie illi *B.V.*  
 volens illudere, deprehen-  
 sus ab illo, & viatus est. Dis-  
 suadebat nuptias foeminæ  
 castitatis voto illigatae; id-  
 cirkò quidâ illum foedi sce-  
 leris accusauit corani *Syno-* *Castitas.*  
*do Salmanticæ anno 1565.*  
 Sed fraudem Synodus de-  
 prehendit: & Martinus à  
 Synodi Patribus tantis est  
 laudibus cymulatus, quan-  
 tas aiebant suffectoras vel  
 Sancto alicui in Cœlitum  
 numerum ritè referendo.  
 Eam ille sibistram de se fa-  
 mam ad Beatissimam Virgi- *B.V.*  
 nem

*Calūnia.* nem retulit æquo mœſtior : & ecce adſuit illi Virgo Ma- ter ; & quid eſt , inquit , quod angeris ? An nescis Filium meum , & me , in ijs , de quibus accusaris nunquam eſſe à te offensum ? Quid ergo eſt , quod te afflit ? ſic animo tran- quillato respirauit .

P. Heruans Maluefus .

*Gallus.*

*Cleraci.*

21. Febr.

1622.

æt. 62.

Æc. 25.

*Fidei.*

Prætantis pro religioſa disciplina domi , foris verò pro fide Catholica zeli vir . còq; nihil ſibi parcebat , vt ad amūſim ſeruaret domi ſingula ; foris autem vt rem Catholicam labore quanto poſſet maximo promoueret . In caſtris , alijſque miſſionibus inſignitè strenuus , illas pedes obibat . Amabat , & amabatur cùm Nostros re- geret ; ſecularium quoque animos mirificè ſibi deuin- ciens :

ciens: sed hæreticorum odia  
in se concitauit ijsdem arti-  
bus ob quas à Catholicis  
amabatur. Cleracum mis-  
sus, ibi vrbe ab hæreticis do-  
lo captâ, dum Episcopi do-  
mesticis peccata confitenti-  
bus aures præbet, ab hære-  
ticis agnitus, plumbeo glo-  
bo in pectorc trahiatus, fer-  
ro in iugulo vulneratus; tum  
in vertice (vbi eis corona  
Sacerdotalis odio erat) &  
alibi, decem facile vulneri-  
bus saucius, IESVM & MA-  
RIAM dixit, & vixit. P. Ioā-  
nes Tournerius persancte  
affirmanuit; eius Cleracum  
abeuntis vultum visum An-  
gelicis quibusdam radijs co-  
ruscare. Corpus aliquot à  
cæde mensibus integrum re-  
pertum est quasi recenti sâ-  
guine tunc aspersum.

D

P. Di-

*Radij in  
vultu.*

*Lusitanus.*  
*in Iaponia*  
*22. Febr.*  
*1624.*  
*etat. 46.*  
*Soc. 30.*

*Fides.*

*P. Didacus Caruallius.*

In Cocincina primū, deinde in Iaponia præfrennè versatus, ingentia itinera & labores tolerauit in perpetuo capitis periculo. Scendaij præterat socijs Euāgelium quaquauesum profeminantibus, cùm adfuere apparitores, qui Christianos ubiq; inuestigabant, ad supplicium rapiendos. Iam propè ab ipso aberant, cùm è latebra vltrò prodijt, se Christi legem prædicare professus. Multo frigore vexatus ab illis, rogatus demum est, vt exemplo aut verbo alijs Christianis autor esset, à Christo ad ritus Iaponicos remigrandi: quam ille insaniam detestatus, eadixit quæ talis mortis cupidum virum decebant. Ultimo

mo Iaponici anni die (nobis  
18. Febr.) defixo in fossa ge-  
lidæ aquæ plenâ palo alliga-  
tus cum nouem socijs Chri-  
stianis, ibi sine villa veste per  
tres ipas horas ad peccatum  
usque mersus, iussus est con-  
fidere. Quo tempore, nunc  
sancto absorptus silentio,  
nunc verbis flagrantibus,  
præclaro fuit socijs ad con-  
stantiam hortamento. Cre-  
bra illius, & sociorum vox  
erat, vna clamantium: IESVS  
MARIA! Benedictum sit ve-  
nerabile Sacramentum! Deo  
sit semper laus & gloria; alijs  
citicum interea, ut Christum  
deseteret ipse ac socij, im-  
portunâ voce hortantibus,  
at aure surdâ exceptis, eòq;  
in Didacum, tanquam om-  
nis, ut aiebant, mali auto-  
rem, verba multa iactanti-

18. Febr.  
*ultimus  
dies anni.*

*Constans  
in fide.*

D 2 buss

bus; Didaco interea in sinū gaudente de tā luculētis lucris. Ex aqua educto iterū authores fuere, suos ut socios à Christo auerteret, vite præmio. Sed ille, potius auctorem se illis fore dixit ad mortem pro fide per atrocissima omnia obeundam. Tum ignem illis minatus Gubernator, in ærumnosam custodiam omnes trudi, ac inde quadragesimo post die educi iubet. Causa eorum quæ patiebantur, eorum humeris affixâ voce; CHRISTIANI; expressa est: quâ tesserâ notati 22. Febr. educti, palis iterū in stagno gelido alligati post prandium, istic perstitere usque ad noctem ventis niuibusque perfrigidam. Cùm se obrigescere iam sentirent, suauissimè

*Christianis;  
titulus  
mortis.*

*Frigus.*

mè se inuicem consalutabant Pater ac socij, opemq; à Matre Virgine vnicè flagitabant, quam à Filio illa Filij militibus impetraret, ad cruciatus & mortem fortiter oppetendam; Didaco animos omnibus suggestente: qui demum & ipse, postremus omnium, ante dimidiā noctem occubuit. Omnia corpora concisa frustatim, & in profluentem abiecta.

*Matthias. Sanga. Scholasti-*

*eis.*

Scholasticus, at necdum Iapon.  
sacris initiatus fuit Matthias. Manilae :  
id enim Indis, atque Iaponi- 24. Febr.  
bus tardius conceditur; ne 1615.  
properantia incommodi ali- stat. 43.  
quid afferat, ab inconstantia Soc. 25.  
ingeniorum quæ longo: vſu  
probata nō sunt. Per quinq;  
annos Latinâ literaturâ im-

D 3 bu-

butus, magno ardore operā suam patriæ præstítit, concionibus & catechismis, per ipsos 25. annos, quibus nobiscum versatus est magnâ opinione virtutis; modestiæ potissimum, obedientiæ, pie-tatis. Tum in ea quam Dafuuus in Iaponia contra Catholicos concitauit tempe-state, ipse quoque in exiliū deportatus, in Philippinas delatus est. ibi Manilæ diem clausit extremum, paulò postquam ærumnosâ multifariâ nauigatione istuc fuisset ap-pulsus.

*P. Ioannes Leleszi.*

Annus Lauretanæ illum virum ad omnia summa na-tum vocant, multâ doctrinâ, egregijsque animi dotibus illustrem. Post Rhetoricam, & Philosophiam in Bauaria do-

*Fides.*

Hungar<sup>2</sup>.  
Laureti.  
26. Febr.  
1594.  
etat. 50.

doctam, Sigismundo Bátori  
Principis Transyluanie filio  
datus est institutor. Pro fide  
Orthodoxa istic tanta fecit,  
ut stomachum mouerit hæ-  
reticis, atque inuidiam. Qua-  
re hæreticæ cuiusdam Ieza-  
belis, fæminæ primariæ, ope-  
râ, intercoenam venenum il-  
li porrectum est: cuius vim  
remediorum efficacitas in-  
fregit, non sustulit. Inde  
nerui contracti, & apoplecti-  
cus quidam rigor in mem-  
bris. Desiderabat Laureti,  
in sinu Virginis, extremam  
animam exhalare, lautâ a-  
mantissimi Principis benefi-  
centiâ illum Viennam, Pata-  
rium, Lauretum usque pro-  
secutâ, & perseveranter ac  
splendide suppeditante im-  
pensas liberales ad omnem  
vitæ sic afflictæ usum per an-

Fides.

B. V.

*Fides.**Pauper-*  
*tas.*

nos aliquot, usque ad mortem. Insignis erat in Ioanne vis expperrecti ingenij, & vigor ac efficacitas ad dicendum. Claudiopoli magnum Catholicorū numerum reliquit; ubi nō plures quam sex repererat. Integerim paupertatis curā, etiam in tantā illā Principis benefici liberalitate, quā in aula quā in Collegijs luculenter ac religiosè ostendit se esse quantos vota professum, & paupertatis adstringendæ studiosum. Ad hæc, benevolentissimæ beneficentie, charitatifque artibus, & perpetuā cum Deo consuetudine insignitè præstans fuit, atque amabilis; donec in gremio Matris amabilis conquieuit Laureti; cùm è Transylvania fuisset ab Acatholicis re-

relegatus, Principe Sigismundo nequicquam inuito. Deipara illi fuit dulce exilij leuamentum; & causa fides.

P. Rogerius Filsoeus.

In Belgio Duaci, Vallisoleti in Hispania Seminario rum Anglicanorum alumnus fuit. In Anglia post suscep-  
tos egregios pro religione Catholica labores non nomen Societati dedit: in  
quam ut primum adscriptus est; ab haereticis captus, in  
tormentis vltro se de Societate IESV esse dixit: & Lon-  
dini ad gloriosum suspen-  
dium damnatus, inclytâ He-  
roum fidei morte occubuit.

Anglus.  
Londini.  
22. vel  
27. Febr.  
1601.

P. Ioannes Grossus.

Vir patientiâ, & charitate conspicuus. Septem ac vi-  
ginti annis vixit in Anglia inter mortis umbram atque

Anglus.  
Lincolnię.  
27. Febr.  
1645.  
See 35.

imaginem: nec tamen omittebat ullo metu quæ cælestis ille calor illi dictabat in pectore. In carcere per septem menses frigus horridum & alias ærumnas perpessus; postea inde redemptus quidem est, sed viribus tam attritis, ut mense non integro post exacto, posteaquam diuinum sacrificium celebrasset, viribus defectus corruebit, & inter edira signa varia pietatis exprabit.

*Andreas Saito. Coad.*

*Iapon.*

*Manilæ.*

28. Febr.

1615.

etatis. 49.

Soc. 20.

Perpetuâ sui contemptione, fidei zelo, paupertate insigni, præclaro suis ciuibus exemplo, multis etiam saluti, fuit; quippe qui non paucos ad Christum dictis factisque loquentibus adduxerit: quem quia deserere solebat, iussus est in exilium na-

*Fides.*

**nauigare**: vbi ærumnis ma-  
ris fractus, in Philippinis tā-  
dem felix exul, exilium cum  
beata, vt spes est, patriâ com-  
mutauit.

## M A R T I V S .

*P. Jacobus Antonius Basile.*

**I**Naocens illi pueritia, &  
adèò luculenta pudicitię  
inter æquales opinio, vt illo  
aduentante obtricerent ij qui  
fortè licentiūs de ijs aliquid  
dicebant quæ castis auribus  
placere non possunt. Eius  
Mater Societatem ingressi  
Neapoli, & studentis sui Ja-  
cobi Antonij videndi desi-  
derio tenebatur. At ille,  
misso illi Barium crucifixi  
Christi simulacro, monuit vt  
illum sui loco aspiceret, quo-  
ties Iacobum Antonium vi-

*Italus.*  
*apud Pa-  
pigochos.*  
*Martio.*  
*1652.*  
*etat. 43.*  
*Soc. 22.*

*Castitas.*

*Crucifix'.*

D 6 de-

dere optaret. Mexicum anno 1642. exente appulsus, post Mexicanum Archiepiscopatum felici eloquentia, industriâ, sudoribus irrigatum, ac exultum, P. Cornelio Beudin nuper occiso in Apostolici munera laboribus successit, ac omnes illius officij partes abundè impletuit. Verum ab Ethniciis arcam legis Christianæ semitam, exosis, & libertatem querentibus, eo ipso tempore quo Christianos pœnitentiæ Sacramento expiabat, obtruncatus, & è crucis brachio in furcæ usus conuerso suspensus est, licet tum iam mortuus. Hispanis quoque ac Indis Christianis vna delatis. Inter litandum eo ipso quo cœsus est die, sublata in altum ab eo pro mōre

*Fides .*

*Sacrum.*

re diuina hostia, visa est pa- *Euchar.*  
lām cruento circulo circum-  
dari; & super sacrificalem  
mappulam deposita, illam  
etiam sanguine cruentauit.  
Ad hæc plures Indi id à se  
oculis ipsis conspectum af-  
firmauere, quod è pectori,  
seu ore, morientis P. Basilij,  
pulcherrimus, infans, comi-  
tibus duobus alijs alatis par-  
vuliss, in cælum ferri sit vi-  
sus, postea in alto ex oculis  
cuaneicens.

*P: Robertus Southwellus:*

Societatem idcircò desi-  
derabat, vt in ea tres, vt ip-  
se aiebat, Virginis, Doctoris,  
Martyris laureolas confe-  
queretur; capropter deside-  
rio magno Indias quoque  
complexus. Candidè ali-  
quando affirmauit, nihil se à  
Deo votis irritis petiisse.

*Mors.*

*Angeli.*

*Anglus.*

*Londini.*

*3. Martij*

*1595.*

*Vocatio.*

*Oratio.*

*In.*

In Anglia per sex annos in Euangeli laboribus, per tres alios in carceris ærumnis vixit, vtrinque Apostolus; & calamo, comitate, lingua, virtute amabilis. Obstupare hæretici eius in diris tormentis tam forte silentium, cum tentus fuisset, quia Sacerdos Catholicus. Plus quam decimò equuleū sustinuit, serenus tamen semper ac fibi constans. Vnde à custodiæ Præfecto Sancti nomen tulit. Solemne illi fuit dicere: *Deus meus, & omnia!* *Deus se tibi;* tu te *Deo.* Particularis examinis nunquam obliuiscetur, punctis acu notatis; & alijs quoque arte illud exequendi scitè instructis. Mortis acceptâ sententiâ, cum suam pro illo iuuando operam of-

*Patiens.**Fides.**Oratio.**Examen  
partic.*

offerrent concionales mini-  
stri hæretici, detrectauit ; &  
lætus ad mortem raptatus.  
est, cùm Christum allocutus  
diceret se honore tanto es-  
se indignum. Iam moritu-  
rum , interpellabat adhuc  
hæreticus clamator, seu mi-  
nister ; at Robertus nullo eū  
alio verbo dignatus est ,  
quàm sā Catholicum moritu-  
rum. Posteaquam suspensus,  
deiectus, & carnificatus est ,  
aiunt illius cor subsultare Cor.  
visū inter manus carnificis ,  
è pectore iam euulsum .  
Quàm dira tormenta sit per-  
pessus, vel ex eo conijci po-  
test , quòd, ob inhumanam  
illam sequitiam, Toplus que-  
stionibus tormentisque illis  
præfectus , in custodiam sit  
coniectus.

P. Ioan-

*P. Ioannes Ogilbans.*

*Scotus  
Glasque  
10. Mart.  
1615.  
at. 34.  
Sec. 18.*

*Fides.*

Græcij in Austriae Pro-  
uincia, Philosophiae Theo-  
logiæque curriculum, multâ  
& ingenij & virtutis laude  
confecit. Anno 1613. in  
Scotiam penetrauit; pluri-  
busque ad orthodoxas par-  
tes ac Sacramenta perductis,  
anno 1614. 14. Oct. in car-  
cerem ea de causa detrusus  
est. Pseudo-Episcopus ala-  
pam Ioanni infregit, obie-  
cto furenter, instar criminis,  
quòd missas Papisticas cele-  
brare fuisset ausus in Vrbe  
reformata. Cùm infestis  
vnguibus, & vi variâ vexa-  
retur, miranti cuidam quòd  
hæc optaret, vltròque inui-  
taret potius quam timeret,  
respondit; omne supplicium  
in hac causa sibi triumphi  
nobilis instar esse. Multa-

va-

variè, atque astutè interrogantibus, respondit doctè, cautè, ingeniosè, promptè, Catholicè, ac sàpè iucundè. Obiecantibus; læsæ maiestatis crimen haberit, dicere quòd Pontifex habeat iurisdictionem spiritualem in Anglia respondit: esse de fide quòd habeat. Num id chirographo testari, seu subscribere auderet, petentis respondit: Etiam sanguine. & subscripto. Fane dçinde longâ, multis verumnis, & oportis inde febribus; disputationibas quoque vexatus, ferreæ ducentarum librarū perticæ duobus annulis in nexus, muneribus invitatus; post pollicitationes, & minas, per octo dies dormire non permittus (cùm interea semper stylo, aciculis punge-

*Patientia.* geretur, ac vellicaretur) admirationem mouebat, quod latè benediceret ijs qui ei malè vel dicebant vel faciebant. Dicentibus; missas à Rege prohibitas esse; respódit: à Christo esse imperatas. Reus mortis pronunciatus, quod missas celebrafset, ac ad fidem Papisticam quempiam adduxisset; ei qui eapropter pronunciatam in illum mortis sententiam illi nunciauit, (vti & carnifici) amplexum, & omnibus alijs gratiam recklidit. Patibulum amplexu, & osculo veneratus, post fusas preces, spiritualem Papę iurisdictionem iterum affirmauit. Ministro petenti, num adhuc doctrinam Papistarum generet de cultu & invocatione Sanctorum, respondit: Se hoc fir-

*Fides.*

firmissimè tenere quod doceret Ecclesia. Inter scandendum scalas ad furcā, orabat attentè Deiparę Virginis, & Sanctorum opem implorans, & spem suam in Christi sanguine sitam esse dicens Anglicè ac Latinè. Suspenso illo, coertus est clamor, pœnas insontis sanguinis non à populo, sed ab ijs qui eius rei sunt, repetendas esse clamantium. Funere refecto, corpus loculo inclusum, in seorum locō est conditum.

*P. Emmanuel Barretus.*

Quintodecimo ætatis anno in India Societatem inijt, spiritualis postea in ea Coadiutor. Iaponiæ utilem dicendo industriam nauans, idoneum planè ingenium, atque ad operas animarum Chri-

*Lugitanus.*  
*Quanti in Iap.*  
*II. Mart.*  
*1620.*  
*ætatis 56.*  
*Soc. 41.*

*Fides.*

Christo ac Ecclesiae in gremium adductatum per plura regna vastae Iaponiae . A Cubotama in exilium relegatus , alio schemate quam exierat , dissimulantiâ insigni rediit ; & Christianos variè fouens , atque confirmans , in summa rerum ad vitam degendam necessarium penuria , inter confertissimos labores ærumnosæ vitae si nem imposuit .

*P. Gasparus Sylueria.**Insitan⁹.**Monomo-  
tapa.**15. Mart.  
1561.**Etat. 35.**Mortif.*

Illustrissimis ortus matribus , tertio antequam natus est die , vagire in utero auditus est à matre . Vino semper abstinuit . In tirocinio ut se deformem rediceret , supercilia rasit . Sæpè ferreo cinctus cilicio , humi , saxo pro cervicali usus , decubuit . Cibarij panis frusto con-

contentus pro prandio, sæpius in die dicebat ad populum. Mabatano in oppido multos baptizauit: & ex vero prædixit, ibi nunquam defore Christi cultum. In vico Bamba, æ grum Cafrem baptismō expiauit, & simul repente sanauit. Disertè prædixit; se in odium fidei suspendendum; corpus ab ieiuniendum in aquas: hoc indeabant Vlyssiponæ illius manus crux rubere vix cum inter sacrificandum, pro more, calicem elcuaret. Monomotapam 26. Decembris ingressus, postea ad Regem (qui auri Imperator dicitur) admissus, admiratione fuit, quod oblata sibi dona, quæ alij admirantur & optant, non admitteret. Elegantem Dei Matris imaginem Regi do-

*Predicatio.*

*Sacrum.*

*Pauper-  
tas.*

*B. V.*

*imago.*

donauit ; cui suæ imaginis  
 millima Beatissima Virgo  
 Regi se coram per quinque  
 noctes spectabilem ostitit ,  
 illum saepius allocuta : sed  
 Loquitur non intelligi  
 non intel-  
 ligitur .  
 Rex illam à se non intelligi  
 questus coram Sylueria , di-  
 dicit ab eodem ; cælesti esse  
 illud loquétis Virginis idio-  
 ma , nec intelligi nisi à ba-  
 ptismo lustratis . Eterò  
 Sylueria Regem ac Matrem  
 id flagitantes , priusque in-  
 structos , sacro fonte expia-  
 uit . Sed Regis à suis fectæ  
 suæ timentibus decepti in-  
 su strangulatus est . Reper-  
 tum in occisi cadavere ci-  
 cium ferreum ; quod illi ma-  
 gicum quodpiam instru-  
 mentum sunt arbitrati . Tum  
 func raptatum in Motetem  
 annem abiecere . Aiunt , cro-  
 codilos in aqua illa ferociā  
 ab

ab eo tempore posuisse, nec  
vlli noxes fuisse lucem quo-  
que visam aquæ illi in aëre  
imminere. Morti addidi-  
cebantur, fidei odio, quot-  
quot à Sylueria Baptismum  
susceperant : sed Rex tran-  
quillatus, & condoci factus,  
doluit patratam cæde in Syl-  
ueriæ innocentis, ac duos  
eius necis autores capitali  
sententiâ dñauit : alij quo-  
que variè interière. Hæc  
eius mors. Vita verò fuit  
mera oratio, & sui afflita-  
tio. Vlyssiponæ inter oran-  
dum aliquando sublimis in  
aëre pendere conspectus est.  
Intra diei spacium semel ac  
iterum, aliquando tertio, con-  
fitebatur. Quolibet fe-  
sto Deiparæ, Aue MARIA  
millies repetebat, genu sub-  
misso sub initium salutatio-  
nis.

*Oratio.*

*Confess.*  
*quotid:*

*B.V. f.ß.a.*

*Mortific.* nis. Perpetuus illi thorax  
cilicinus, ferro quoque acu-  
leis horrido aliquando adie-  
cto. A flagris quotidianis  
toto dorso vnum propè yl-  
cus fuit. Virgis (rotas vo-  
cant) se cædēbat ita vt iēsus  
vnicus sanguinem eliceret.  
Oleo quopiam perunctum  
dorsum postea idcirco per-  
fanabat, vt idoneum fieret  
iterū nouæ fœnitiae; quam-  
uis partes etiam alias cræn-  
taret. Breui, & valdè incom-  
modo somno, crasso & sæpè  
amaro cibo, vtebatur. Dor-  
miebat sedens erectus cum  
vicina ad caput tabulā, quę  
ab annuente dormientis ca-  
*Somnus.* pite contacta strepitum cie-  
bat, somnumque fugabat.  
*Aegri.* Saniem è putrido famuli  
crure collectam, cùm se hor-  
rere aduerteret, totam  
ex-

exhaustus, exemplo S. Cath.  
Senensis, atque S. Xauerij.  
Cùm Prouincię esset Præpo-  
situs, per viginti dies, non  
nisi semel quotidie, idque  
pane tantum, & aqua, soluit  
ieiunium; ut Deus Preposito  
Generali mentem inderet, il-  
lum ab eo munere liberan-  
di. In Missionibus peragra-  
bat itinera primum laceris  
calceis usus, deinde nudipes  
ac mendicus. Ad collum  
usque vadum ingressus, per  
aquas ibat, sacrificali appa-  
ratu manu in sarcina in al-  
tum elato. Iangamæ poma  
immatura, eoque acerba, re-  
pentè in manibus eius ma-  
tura suavitatem mirabilem  
induebant. Plus quam se-  
xaginta annis post eius mor-  
tem candidum eius cadaver  
aues vario colore spectabi-

Ieiunia.

Humilit.

E        les

les, choris velut alternis custodire conspe&æ ; tantu quoque suauissimo accinente, alijsque aliae ad eas excubias succedentes. Senex piscator aiebat tigrides quoque ac feras alias corpus illud ( quod trunco alligatum, veste nigrâ, pileo clericali insigne ex aquis in ripâ eiectum erat ) in dorsa sustulisse, atque in sylua deposuisse, custodiâque sepissime. Quinque aquilæ etiam ibidem visæ vicinæ corpori, securæ à feris, quæ magna erga illud cädauér signa reverentia edebant. quæ omnia refert Barbuta Proregis Secretarius accepta à testibus oculatis.

*Gallus.  
in noua  
Francia.*

*16 Mart.*

*1649  
et stat. 56.  
Soc. 32.*

*P. Ioannes Brebeuf.*

*Apud Hurones in noua  
Francia permultum labora-  
uit*

uit ab anno 1626. Irruentibus in Hurones Christianos Iroquois, fugam oblatam non admissit, vna cum P. Gabriele Lallemant; ne suā oues defererent. Dum inter Christianos, ac barbaros Ethnicos arderet præliū, *Fides.* hi duo animas expiabant, alter baptismi, alter pœnitentiæ Sacramento. Captis ergo, atque nudatis Ioanni & Gabrieli, euulsi sunt unguis aliquot, & inflictæ sudib⁹ verbera per singulas corporis partes; P. Ioanne ad Christianos ita dicente: *Fili⁹, dum patimur, sursum in patientia. scelum oculos eleuemus. Videt hac remunerat Deus. Memoriamur fortes in fide. Gloria erit eterna. Tum illi præcisa manus, os contusum lapidibus, lingua adusta. Vtrī-*

E 2 que



que sub alas , & ad renēs, ab  
igne cādentes secures ad-  
motæ; ignita è collo appensa  
collaria, è quibus cādentes  
secures pendebant ; adiectū  
cingulum accensum è pice  
& resinatis corticibus; Ioan-  
*Silentiū.* ne int̄erea, fortissimo silētio,  
stante inter flammās immo-  
to, velut in extasi . Tum io-  
qui cālestia, quā poterat, in-  
cipienti os obseptum circu-  
lo, labra concerpta , truncata-  
tus natus . In baptismi op-  
probrium , & imitamentum ,  
vterque aquā bulliente per-  
fusus totus ; obiectantibus  
barbaris; debere sic eos ba-  
ptizari , quōd finē baptismo  
nulla sic salus . Antequām  
ferali palo alligarentur, pa-  
lum vterque amplexus est ,  
& osculatus . Mox Ioanni  
detracta superior pellis è  
ver-

versice capitis, amputati pedes, caro è coxis ad ossa usq; auulsa, mandibula securi difissa, ferro vltæ plagæ; utriq; dissectum generosum pectus, euulsum cor nobile, atque à barbaris deuoratum. Ioannes eò appulsus neminem ibi reperit Christianum; moriens verò reliquit facile septem millia. Decem annis ante mortem, voto nuncupato, & quotidie renouato, spopondit se in singulis quæ ageret, id quod perfectius esse intelligeret, curaturum. Diu, & sœpè flagrabit desiderio ea omnia quæ unquam ulli Martyres passi sunt patiendi. Vedit admirandi splendoris regiam, eamque ijs paratam esse factus est certior, qui ob amorem Dei in casis humilibus

*Fides.**Intentio recta.**Humilitas Amor Dei.*

*Castitas.* habitarent. **Castitas** illi ſemper vt illæſa pupilla oculi, etiam in illo regno nudæ liberæque libidinis. Dæmonem fæminæ ſpecie perſonatum, & ad illecebras inuitantem, silentio, ac ſigno crucis fugauit. Infernum ſe malle aiebat, quâm vel vnum veniale peccatum; quia illud Christo diſplicet, eſtque vnicum malum Dei & hominum. **Quodam** die percussus à barbaris, vſperi gratias agebat Deo: & videre ſibi viſus eſt Beatissimā Virginem tribus in peccatis defixis enfibus doloris plenam; audiuitque in cor loquentis Dei vocem quâ inuitabatur ad B. Virginem imitandam; quippe quę ſempre fuerit conformis voluntati Dei. Quocirca votum

con-

*Veniale  
pecc.**Vesperi.  
B.V.*

concepit coram SSS. TRINITATE, Beatissimâ Virgine, & S. Iosepho, ac demum coram omnibus Sanctis, & particulatim corâ SS. Ignatio atque Xauerio, se, vbi id per obedientiam licuerit, nō declinaturum, si martyrij occasio quæpiam offerretur.

In Beatissimæ Virginis scutello inter comprecandum vidit in suis ac sociorum vestibus maculas sanguineas. Daemones illi leonum, virorumque instar conspecti; homines item armati, atque minaces. Augusti post recitatas B. Virginis Litaniæ vidit catervas demonum, qui illum deuoraturi videbantur; sed nihil potuerunt. Mortem alias ita ut pingit Moro folet coram se cōspexit, que illi, furie instar, spiculum

minaciter intentabat . Sæpè illum Beatissima Deipara , S.Ioseph, Angeli, Sanctique alij inuisere . Editum quoque montem spectauit Sanctis vndique cooperatum; in cuius vertice Sæctorum omnium Regina sedebat . Alias vel solâ Deiparæ veste , aut eius vestis orâ, cōspectâ, sentiebar se lumine quodam perfundi; nec audebat oculos ad ipsam eius vultus maiestatem attollere . In exercitijs anni 1634. Christum spectauit spinis coronatum ; audiuitque dicentem : *Hæc debitis deincepsunctionem spicrius in verbis tuis .* Alias cor sibi velut oleo perungis sentiebar . Diuinitatem meditans , Christum videbat , audiebatque docentem , atque monentem . Inde in Chri-

Sancti.

B.V.

Christus  
Coronatus  
spinis .

Lingua.

Cor

Christi corde mirificè ac-  
quiescens exardeſcebat in Examen.

Deum. Anno 1640. 27. Maij  
sub festa Pentecostes vespe-  
ri sub examine vidi ferè per  
Pſalmi quinquagesimi reci-  
tati ſpacium refam colore  
pulcherrimam : fentiebat ſe  
in arcano pectoris valdè ac-  
cedi , & mirè omnia circū-  
quaque ardere . Sapè Chri-  
ſtum ſpectauit in lumine, ſe-  
piùs in cruce, vel cum cruce;  
quam Christus etiā in Ioan-  
nis humeros deponebat .

Tunc benè, aiebat, ſperabo  
de mea salute, cùm ſe mihi  
dederint occaſiones patiēdi  
quàm plurimæ . Apud po-  
pulos Neutros, anno 1640.  
in hieme asperrima crux va-  
ſtæ molis illi obiecta ex ea  
parte quæ ad Hiroquoeos  
erat . Sapè videbat iner-

*Crux  
Pati*

E 5 oran-

orandum vesperi permultas  
cruces. Auditā intus voce ;  
tolle, legē; manē aperto Tho-  
mæ à Kempis libello incidit  
in caput de via regia Sanctæ  
crucis. Inde illi mirum in-  
modum tranquilla pax, &  
lux inter tot aduersa diluxit.  
Sæpè arcana cordium intro-  
spexit, & futura præuidit.  
Optabat in tirocinio fieri tē-  
poralis adiutor. Aiebat ; se  
alieno nutu non minùs sua-  
uiter duci quām paruulus  
sedeat in sinu matris suæ.  
Domi agebat sæpè coquum,  
seruum, mancipium : dies illi  
totus laborum plenus. no-  
ctu verò erat pernoctans in  
oratione Dei. Quotidie in-  
se flagris fæuiebat : atque ad  
orandum non minùs accura-  
tè se preparabat quām si  
tunc primùm orandi artem  
con-

*Lectio spir-  
rit.*

*Obed.*

*Mortific.  
Oratio.*

condisceret.

P. Gabriel Lallemand.

~~Leanne Brebauf~~ per 6.  
menses in Apostolicis apud  
Hurones laboribus, ac tor-  
mentis fidelis socius. Parisijs.  
pattitio sanguine natus, te-  
ner corpore, innocens ani-  
mo, promptus ingenio, se  
diuino amori frequenter in  
holocaustum dicabat, id à  
Deo vnicè flagitans, ne quē  
è sua familia perire sineret  
in æternum. Age, aiebat ad  
scipsum identidem, age, ani-  
me; pereamus sancte, ut dul-  
cissimo Iesu cordi vel sic iu-  
cunditatem quam possumus  
pariamus! dignus est Iesus  
pro quo aspera omnia per-  
feramus. Apud Hurones  
Atironta illi nomen. Præter  
toleratas candentes secures,  
& alia quæ in Ioanne heri

Gallus  
ibid.

17. Mart.  
1649.  
etat. 39.  
Soc 19.

Charitas.

Fides.

E 6 nar-

narraui, acutis suffixis subtilis est excruciatus . Effossi illi oculi , & eorum loco in cauum orbium oculorum carbones ardentes inserti : totum corpus reliquum igne tostum, caro vndique lacera & à barbaris vorata .

*P. Raphaël Ferrer.*

*Hispanus.*

*in Ameri-  
ca.*

*Martio.*

1611.

*stat. 45.*

*Soc. 24.*

*Iulio.*

*Conciennes.*

Ex Aragoniæ Prouincia in Peruanam translatus, modestiæ ac paupertatis præcipuo studio capiebatur , lachrymis vbertim cadentibus plenus quoties diuinæ aræ sacrificium celebraret , imò si vel litanias recitaret , aut più libellum quempiam lexitaret . Missiones illas optabat quæ magis ardux videbantur. Populū in templo ad scenicum spectaculum congregatum ut ab eone spectaculo abstraheret, in secundam

nam cum crucifijo prodijt,  
& terrimam omnium cō-  
plorationem dictione arden-  
tissimā concitauit, ac spe-  
ctaculum impediuit. Cofa-  
nes, diros populos, adiit; &  
ex ijs quadringentos ad fa-  
cri fontis. Sacramentum  
pellexit. oppida tria condi-  
dit. Barbarorum nonnulli  
simulatā specie amicitiae illi  
per iter obuij, & gratulati,  
illum, ob fidem peregrinam  
prædicataim, in aquam men-  
se Martio per pontem dede-  
re præcipitem. Literæ de  
illo submerso datæ 18. Mat-  
tij.

18. Mar-  
tij.

*P. Antonius de Andrade.*

Ab anno 1600. in orien-  
tis India impiger laborauit.  
Iter in Tibet suscepit penes  
Gangem, per cæca, varia,  
horrida itinera reptabundus

*Lusitanus.*

*Go.e.*

19. Mart.

1634.

*atrat. 54.*

*Soc. 52.*

ii-

inter frigora tam acria ut ei  
digiti pars congelata deci-  
derit. Tandem in montem  
excelsum eus aequaliter, ubi Gangis  
natalis est locus. Rex Ti-  
betanus ad bellum profe-  
cturus, ad Antonij se pedes  
abiecit, bene sibi ab eo dici  
petens. Templum Beatissi-  
mae Virginis a spe ibidem cum  
conderet, ipsi Proceres Ti-  
betani operas adiuuabant.  
Ægro inter summos dolores  
conspecta Deipara dolorem  
omnem abstersit, cum dixit:  
*Iam, fili, nihil tibi dolebit am-  
plius.* Veneno demum in-  
terijt, in morte iterum Dei-  
paræ presentia & allocutio-  
ne recreatus. Venenum se  
illi porrexisse gloriatus est  
filius cuiusdam, in quem,  
tanquam suspectum & no-  
tatum de hæresi, multa ege-  
rat,

*Itinera.**B.V.**Fides.*

rat, eratque aeturus Antonius à Sacra Inquisitione Deputatus. Depulsos, eius nomine ac ope post mortem implorata, morbos fama est constans. Ita P. Albertus Mescinski febrem semestrem discussit: & mulier transuersam in utero prolem, breui felicique nixu enixa est, ac exempta periculo: alterius tumidum genu ad P. Antonij sepulchrum confessim confanuit. Illud quoque mirum, quod eius cadaver seorsim ab alijs condicium, in imposito marmore suam effigiem, tanquam coloribus expressam, reliquerit: id quod veneni vi factum existimabant nonnulli; sed aliter sensere, cum effigiem illam è marmore eradi non posse videbunt.

*Imago in sepulcro ..*

P. Man-

*P. Mancius Firabayasi.*

*Iapon.*  
*Nangasa-*  
*chi.*  
*Martio.*  
*1615.*  
*etat. 44.*  
*Soc. 20.*

*Fides.*

*Patientia.*

*Amor.*

Philosophicis, ac postea per bienium Theologicis eruditus disciplinis, in patria pro religione multum boni fecit, & multum mali perpetratus est; ut benè faceret genti suæ. Sub Daifui tempestate inter eos fuit qui in Iaponia clandestini se oculere sunt ausi, quò Neophy whole in fide firmarent. Labores, & magna retum necessariarum penuria illum tandem prostrauere. Dolorum, quos acerrimos patiebatur, condimentum fuere celestes deliciæ, quibus perfundi se persentiscens, dulcissimè in illa Iobi verba saepius soluebatur: *Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat.* Hisce saepius repetitis optabat tecum.

*rer.*

nerrimè ad IESV, ad MARIAE conspectum quanto-  
cyùs euolare. & euolauit nā  
sinè singulari suauioris læti-  
tiae significatione.

P. Antonius Rubinus.

Animarum ac martyrij  
desiderio flagrans, agebat  
quicquid poterat, ut animas  
lucraretur. Loquebatur, &  
scribebat insigni expressio-  
ne, suauissimæ teneritatis.  
Ego scribit, pro Christo mu-  
ri non mereor: sed ipse di-  
gnus est pro quo omnes  
moriamus. Si me videre,  
atque alloqui vultis, oculos  
in Crucifixum Christum de-  
figite: ibi me inuenietis ad  
pedes cum Magdalena abie-  
ctum, & peccata mea gran-  
dia deplorantem. illis sa-  
craatis pedibus me torum  
contradicit: in illis dormio,

Italias.  
Nangas-  
sachi.  
22. Mart.  
1643.  
et al. 65.  
Soc. 43.

Crucifix.

& viuo ; illos complector, &  
dico : Da mihi , Domine  
IESV, ut lequar tua vestigia.  
**21.** Augusti cum socijs ap-  
pulit Nangasachum anno  
1642. Captus vnà cum illis ,  
cùm omnes interrogarētur ;  
an velint omnes nuncium  
Christo remittere, & à Rege  
honorari ? Respondit Ru-  
binus interpreti , suo nomi-  
ne ac suorum : nec se , nec  
socios , vlo pacto vñquam  
id scelus in animum admis-  
furos : absisteret cùm hisce  
vocibus , atque faceſſeret :  
se , ac socios ad Christum  
prædicandum aduenisse ,  
quicquid minaretur Iaponiq.  
Imperator . Ergo in carce-  
rem conditi omnes . post  
multa quę istic perpeſsi sunt ,  
per totoſ ſeptem menses  
deſtinatis diebus ingeſtae in-

os

os maximâ copiâ , & mox  
 aceibissimâ cum violentiâ è  
 corpore expressâ aquæ tor-  
 mento sæpiùs excruciatî, tâ-  
 dem 17. Martij anni 1643.  
 palam circumuecti sunt cum  
 adscriptâ causâ supplicij :  
*quod Christi fidem prædicatum  
venissent contra edictum Im-  
peratoris.* In scrobem ca-  
 pite demisso, sublatis in al-  
 tum , alligatisque pedibus  
 pependere suspensi : & hoc  
 die primus P. Rubinus de-  
 sicit viuere, socijs in dies pro-  
 ximos candé fortissime mor-  
 tis gloriam prosecutis. Cor-  
 pora illorum concisa, & cō-  
 busta sūt, cineribus in aquas  
 dispersis ad obliuionem. In- *sacrum.*  
 ter sacrificandum religiosè  
 tener Antonius illaquefactis  
 è celo voluptatibus perflue-  
 bat, & *sacrum* calici substrâ-  
 tum

*Euchar.**Marijfc.**Hispanus.  
apud Ita-  
unes.**22. Mars.  
1645.  
atat. 60.**Fidés.*

tum linteolum lachrymas  
adeò affluēter perfundebat,  
vt postea cadentes pias la-  
chrymas strophiolo excipe-  
re iuberetur. Cenæ loco  
ibat ad SS. Eucharistiaæ Sa-  
cramentum; & ibi cenæ tē-  
pus omne orando ducebat.  
Vix intra biduum semel (id-  
que præparcè) vescebatur.  
Vini autem potionem ne se-  
nex quidem admisit.

*P. Petrus Romeras.*

In Paraquaria pulcherri-  
mos labores maximo egre-  
gioræ operæ pretio exantla-  
uit. Missus ad Itaines In-  
dos, ibi ab irruētibus In-  
dis alijs, macanâ, seu clauâ  
ligneâ, in humero validè  
percussus, Iesum clamans,  
in capite demum iecus con-  
cidit. Inde illi euulsa præ-  
cordia; & præciso iugulo  
lin-

lingua extracta.

*Matthæus Fernandez.* ibid.

P. Petri focius, & interpres, vñà cum illo ibi contradicatus.

*P. Albertus Mescinski.*

Romæ in tirocinio de Beatissima Virgine sæpè; ac mirâ rerum affluentia sermonem ferens, nouas illam augustiis colendi artes afferebat in medium. Cubiculum ingressus, vel egressurus, facie ad S. MARIAE Majoris (quod propè abest) tempulum conuersâ, eam venerabatur; Nouitijs exemplum imitatis, vt ferè id fieri amat. Cùm luculentâ hæreditate Societatem in Polonia iuuisset; Iam, inquit, nihil habeo, nisi sanguinem quem dem Deo meo. Et dedit; quando, post insigne studium in animarū

vti-

Polonus.

Nanga-  
sachi.

23. Mart.

1643.

stat. 42.

Soc. 22.

B. V.

utilitates collocatum, cum  
P. Rubino(de quo heri dixi)  
tormenta plura per 7. men-  
ses Nangasachi perpessus,  
inuerso in fossam capite pe-  
pendit, hodiè demum extin-  
ctus. Ex Lusitania in Polo-  
niam, iussu Præpositi Gene-  
ralis, mirum quām opportu-  
nè redierit, ut se tribunali si-  
steret agnoscendum, litem-  
que Societati intentatam  
dirimeret. Inde maximis  
itineribus in Lusitaniam,  
adeòque in Iaponiam, ad  
decus illud mortis tam lon-  
gæ, tam inclytæ propera-  
uit.

*Italus.*

P. Antonius Capetius.

*Hispanus.*

P. Didacus de Morales.

*Iapon.*  
*Nanga-*  
*sachi.*

P. Franciscus Marquez.

*25 Mart.*  
*1643.*

Quæ 22. Martij de P. Ru-  
bini tormentis dixi, eorum-  
socij gloriosi fuere hi quo-  
que.

que. Iam nonus labebatur dies ex quo in scrobe in capite prono pendebant hi tres, Patribus Rubino atque Mescinskio adhuc superstites : cumque in Christi confessione porrò perstarent, hodie demum capite truncati sunt. Aiunt Rubinum, Mescinskium, atque hos tres, Iaponicum aquæ tormentum facile centies & quinquies perpessos.

*P. Antonij Capetij virtus familiæ decora nobilitauit . Neapoli , anni vnius inter- uallo duodeuiginti ex illius disciplina futiles mundi lætitias execrati religiosa castra secuti sunt . Causam rogati; vel ipse, aiebant, magistri nostri aspectus, ingens nobis calcar est, ut à mundo ad Deum transuolemus .*

*Pia collo-  
quia.*

*Exempli*

*P. Mar-*

P. Marcellus Mastrillus de illo scribens, illum Angelū, ac thesaurum vocat: laudat illum ab incredibili in suum corpus hostiliter affictum odio; aitque fore sigillum atque honestamentum gloriarum nobilitatis domesticæ. Denique, inquit, Spiritus Domini est cum illo.

*Morif.*

P. Didacus de Morales ob affiduam in corpus sœ uitiam fuit sacro quadam pallore spectabilis; ac in docendo, regendo, & Christum prædicando planè singularis. Indiam petiturus, parentes, vicinos licet, ne inuisit quidem; nec villas postea epistles ad illos dedit; ut amorem carnis, & sanguinis totum vnicè Christo transcriberet.

*at. 35.*

P. Franciscus Marquez Nága-

gasachi natus patre Lusitanio, matre autem à Iaponico Regum Bungi sanguine suæ origines repetente. Cùm ad Societatem aspiraret, eius deliberationis ducem elegit Beatissimam Virginem quæ *Dux* dicitur, & Macao abest passibus milie quingentis. Ad illam ea de causa exhibat per nonem dies continuos peregrinabundus & supplex, ut eius ductu bonus IESV miles esse posset. Extremo nouendialis illius peregrinationis die, cùm fieri hanc posse crederetur, ut ob diem ac variè sequentem cæli asperimi tempestatem, pietati suæ facere satis posset, dissimulanter iniectâ sibi mædici veste personatus ad suam Ducem abiit, scque illi nono iam die presentem ac in eun-

B.V.

Nouendia  
B.V.

F dæ

dæ Societatis Iesu cupidum  
sticit, brevi ad illam adiecutus.  
Mira illi affluentia lachry-  
marum, cùm legeret Marty-  
rum tormenta, vel diuinum  
Sacrificium celebraret. Ago-  
ne nobili per nouem dies  
(velut nouendiali vita Deo  
consecrata sacrificio) per-  
functus est pendens in scro-  
beui è pedibus; & certamea  
demum gladio consumma-  
uit.

*P. Ioannes Sandeus.*

*Belga .  
ad Rhenu .  
30. Mart.  
1622.  
etat. 40.  
Soc. 21.*

*Fides :*

Orandi studio, animarum  
ac multa patiendi desiderio,  
& mundi contemptione cū-  
primis excelluit. Ad Castra  
Cæsarea, ut Catholicos istic  
operâ omni iuuaret, missus,  
inde redux, ab hereticis, fi-  
dei Catholicæ ac Societatis  
odio, ad Rhenum tribus glo-  
bis ictus cecidit, Vÿepstadij  
ho-

norificè tumulatus.

*Franciscus Martinez. Scholasticus.*

Macainatus, & liberalibus disciplinis apud nos eruditus, ac Societati adiunctus, post labores fidei causâ suscepitos ab apostata quodam proditus, & falso accusatus quod proditor & magus esset, quodque oculis se cùm vellet subduceret, quæstioni subiectus est. in qua lignæis vestibus arctè constrictis pedum calcibus, & verberatis, in atrocissimo tormento tenuit mirum silentium. Socios etiam Christianos innocentes quæstioni subiectos monuit, ut meminissent mendacium Christianâ lege esse vetitum: cauerent ergo dum minora timent, maiora tormenta sibi

Sina.

Cantone.

31. Mart.

1606.

Etat. 33.

Soc 15.

Menda-  
cium.

F 2. ac-

accersere. Semel, ac iterum  
dirè verberatus, in ipso car-  
ceris in quem reducebatur  
vestibulo vi dolorum pro-  
stratus, innocentem animam  
fortiter expirauit, ipsâ Chrl.  
sti morientis horâ, vt perhi-  
bent: & cum ipsis manicis  
atque compedibus, ita vt  
vincitus erat, sepultus est.  
Orandi assiduitate supra lau-  
des alias insignis emicuit.

Mors.

## APRILIS.

*P. Gaspar Oforius de Valde-  
ravano, &*

*P. Antonius Riparius.*

*In Para-  
quaria.  
1. April.  
1639.*

**I**N Paraquaria uterque  
fecundis pro religione  
sudoribus inclytus prosperè  
laborauit; & in Ciaccorum  
Prouincia, ob damnatas au-  
tas gentis superstitiones,  
vtrius-

Vtriusque caput lignis clavis contusum est. Ita interfectorum rasos vertices, in odium fidei & sacri ordinis concerpsere; pectoribus etiam saceratis. Fama fuit, Patres hos iam trucidatos barbaris apparuisse, sacrificali ueste, ac multâ luce circumdatos, enixèque commonuisse; ut Christo sese addicerent, Patribus alijs ad fidei magistri in aduocatis: id quod ipsi barbari prodidere.

P. Gaspar Oforias Angelum suum custodem coluit studio planè singulari, officio eius honorum quotidie recitato, & Angelicâ quadam oculorum, tertiisque oris modestiâ. In Deiparae vigilijs, pane ac frigidâ circumscribebat ieiuniū; flagro ferreis rotulis armato se cæde-

*Fides.*

*Hispanus.  
etat. 44.  
Soc. 27.  
Ang. Cur-  
sos.  
B. V.*

*Mortific.*

F 3. bat.

bat; quietem verò non alio  
ceruicali usus quam lapide,  
capiet.

*P. Antonius Riparius* ma-  
gno erga S. Iosephum ut cul-  
tu, ita fiduciâ spectabilis,  
dicebat se ab eo nihil ad-  
modùm quod non obtinue-  
rit petuisse. S. Xaverij reli-  
quijs maris tempestatē tran-  
quillauit: quo circa voti re-  
ligione promisit se, i. Decé-  
bris. perpetuum ieiunium  
seruaturum; sextâ quoque  
qualibet feriâ, ex votō item,  
panis tantum & aquæ usu  
contentus. Huius cæsi ca-  
put visum saepius exultare,  
cum corpus truncum stareret  
ingenti spectantium admi-  
ratione.

*Anglus*  
*Vigornie.*  
*7. April.*  
*1606.*

*P. Eduardus Oldcornus Hal-  
lus.* Romæ ad Societatem  
adlectus, in Anglia feliciter

AO-

nobilem matronam conuer-  
xit, inediā, & assiduā precatio-  
ne ad Deum fusā, cū illam  
orthodoxæ fidei momentis  
quancumlibet peritè addu-  
ctis permouere non posset.

Zelus.

Conuersam se aiebat, quod  
vidisset P. Eduardum, sui  
causā quarto iam die iei-  
nium tolerare. Athoritate,  
ac ex eo sanctā quadam li-  
bertate, cūm polleret, Lon-  
dini in fene stra vīri Catho-  
lici Maricm & Venerem pi-  
etam vidit, ac pugno con-  
fregit. Malum cancro per-  
simile, quod in eius ore ser-  
pebat, repente santis S. Vve-  
nefridi & Virginis ope dicas-  
sit. Dodecaginta annis in  
patria illa vixit, solerit affi-  
ditate, laborauit: postea  
in cuius quam propagabat si-  
dei odiū tenus est, & suspen-

Morit.

S. Vene-  
frida

fus, ac laniatos. Ignesq; quo  
eius intestina combusta sunt,  
per totos sexdecim dies in  
cinere arsisse affirmant. Sa-  
tellites aquam ei plurimam  
affudere s: neque tamen ex-  
tinctus est: decimo septimo  
deum die in luctuosa  
flaminis erupit, & oppres-  
sus est: id quod diuinitus  
factum putant ad Eduardi  
innocentiam contestandam.  
*Mors.*  
*Corona.* Ibidem corona viridis, veluti  
regium diadema, crenulata in  
gramine, diuque perman-  
fit.

*Sardus.* P: *Johannes Dominicus Ara-*  
*in Philipp- fons* i. Emenso Philosophia,  
*pinis.* Theologie q: tomus quincu-  
*10. April.* go, Coadiutor spiritualis for-  
*1645.* matius Philippinas obtinuit.  
*etat. 40.* ubi in Cabaliensi vico na-  
*Soc. 23.* uiter procurauit ea que ad  
salutem animarum specieis.

Morem ibidem honestissima in causa opperijt, inter orandum hastâ confixus ab Indo quem reprehenderat quod se certiorem minimè reddidisset, Matrem de vita periclitari, adeoque illam suâ seu negligentiam seu malitiâ sinè sacramentorū ope de vita migrare siuisset. Per cussor Indus solâ fugâ se ne- ciseius authorem esse præ didit, cùm id P. Ioannes, vi- nus adhuc repertus ab Indis alijs, prodece nunquam vo luorit.

P. Brunus Brunus à S. Cruce.

In Romano Seminario se uere in seipsum virtutis ex- plar fuit Brunus, cùm se ter- tiè quothebdomadis cingu- lo scorteo verberaret, cate- nulis ferreis cingeret, ter in hebdomada ieunaret, accu-

Italias  
in Aethiop.  
12. April.  
1640.  
stat. 50.  
Soc. 35.

ratè ad omne punctum legū  
 Seminario præscriptarum  
 ſcīc compōneret; ingenio,  
 musicæ peritiâ, piâ morum  
 facilitate amabilis. Ad So-  
 cietatem in vigilia B. V. Af-  
 sumptæ admissus, ſe ad ar-  
 duas miffiones quotidianâ  
 ſui flagellatione, duro lector,  
 fame ac ſiti exercebat. In  
 Seminario Romano à prima  
 die quâ S. Catharinę Christo  
 paruulo in B. V. ſinu ſeden-  
 ti desponsatæ imaginem vi-  
 dit puer, illam quotidie ma-  
 nè ac vespere salutauit. Ad-  
 fuit illi poſtea in Aethiopia  
 cum Iesu paruulo Virgo Dei  
 Mater, cùm fortitudinem  
 peteret contra pericula, &  
 tormenta; & in ſerto illi in-  
 digitum cælesti annulo, fe-  
 ſtum ei desponsationis, quam  
 in Iesu & Catharina colue-  
 rat

*Mortif.*

*B.V.*

*S. Catha-  
rina.*

rat, celebravit. In *Aethiopi-* *sacrum.*  
 to itinere, cum diuinis ope-  
 raretur, torus illi voltus vi-  
 fus luce perfundi. Quinde-  
 cim inter barbaros fidei Ro-  
 manæ infestos lethalibus  
 plagiis acceptis vixit super-  
 stes ; id quod infans quidam  
 (hactenus nunquam locu-  
 tus, & illum neque postea  
 in tormentis à constantia  
 recessurum affirmans ) fore  
 prædixerat ; quodque Chri-  
 stiani à Deo impensis fla-  
 gitabat indicto ieunio par-  
 tialis quoque lactentibus .  
 In excelsø monte , vbi cum  
 Catholicis alijs obsideba-  
 tur, in summâ aquæ penuria,  
 & siti, nudipes SS. Sacramē-  
 tum in supplicatione circū-  
 tulit, ieunio suis priùs indi-  
 cto . Ita impetrauit ut in  
 monte ille abundè pluerit .

*Patientia.*

Ab Alexandrinis Schismati-  
cis Romanæ fidei perinsec-  
sis magna perpessus, & ad  
mortem damnatus, ipso quo  
in odium Orthodoxe fidei  
suspendi debebat die, P. Lu-  
douico Caldeiræ ad genua  
supplex aduolutus, enixè  
petijt funisuo, & sibi bene-  
dici: & suspensus, lapidibus est  
appetitus. Propertius Me-  
dicus, Bruni germanus, da-  
tas à Bruno ad se ex Æthio-  
pia literas admouit hume-  
ro, in quo acerbis doloribus  
yrebatur, à Deo per Brunum  
sanitatem petens, si verum  
esset quod P. Brunus in Ro-  
manæ fidei odium occilus  
esset. Confestim cessit do-  
lor, nec redijt.

P. Ludouicus Caldeira.

Hic Bruni comes fuit in  
Apostolatu Æthiopico, ac  
su-

Lafitanus.  
ibid.  
stat. 55.  
Soc. 39.

sociis aerumnarum. Suspē-  
 dendo P. Bruno, & eius funē  
 benē precatus, ille quoque  
 post Brunum pari de causa  
 suspensus est; & uterque la-  
 pidum imbre impetus, pro-  
 more Aethiopū Catholicos  
 hac morte damnantium.  
 Schismatici repertam Cru- Fidei.  
 cifixi quā Brunus, & Ludo-  
 uicus vtebantur, effigiem  
 abiecere, cœn idolum Ro-  
 manæ fidei, vt illi aiunt.  
 Corpora de patibulo depo-  
 sita custodita sunt perdili-  
 genter: postea incertum  
 quō evanuerint, cùm nec ab  
 hominibus, nec à feris abla-  
 ta fuisse constaret. Alijs di-  
 uinitus ibi actum quidpiam  
 opinatis, malim existimare  
 attentam sagacis cuiuspiam  
 Catholicī industriam, piō  
 ingenio, modum aliquem  
re-

reperisse quo illa clam sub  
legeret ad priuatam vene-  
rationem.

F. Henricus Vulpolas..

Adhuc adolescens cum  
esset, viginti hereticos or-  
thodoxis lucrificavit: ad So-  
ciatem exemplo suo unum  
suum consobrinum, & tres  
germanos suos pellexit. An-  
no 1593. 4. Decembris cap-  
tus, Eboraci iudicibus pro-  
didit se quis esset; scripto  
quoque porrecto testatus, se  
fidei causâ in Angliam re-  
vertisse. Adiecit in eodem  
commentariolo controuer-  
fa quedam; & paræneticam  
de fide Catholica amplectê-  
da; oblatam etiam ab ami-  
cis occasionem è carcere fu-  
giendi fortiter aspernatus.  
In Londinensem carcerem  
compaetus 25. Febr. anno

1594.

*Anglus.*  
*Eboraci.*  
*17. April.*  
*1595.*  
*etatis. 36.*  
*Soc. 21.*

*Fides.*

1594. fame, siti, frigore pef-  
simè habitus, & 14. vicibus  
quæstioni subiectus est. vn-  
de à morte repertum est,  
verumque pollicem tunc illi  
fuisse auulsum. In loco vbi  
orabat, super murum de-  
scripsit nomen chòros An-  
gelorum; & his illuminens  
MARIAE Matris Dei, ac su-  
per hanc IESV, super om-  
nia deniq; DEI nomen He-  
braicè, Græcè, Latinè. Ebo-  
racum retractus, in carcere  
noctu ferè orabat, donec  
fessum somnus brevis oppri-  
meret. Ibidem pangere illi  
otium & animus fuit pia-  
quædam carmina materno  
idiomate scitè ac eleganter.  
Ita disputauit, vt omnes in-  
stuporem adduxerit; fons  
etiam sapientiæ à quo piam  
appellatus. 13. Aprilis cate-  
nis

*Oratio.**Fides.*

nis grauis inter reos iudici-  
bus sifit. Summa obie-  
ctorum erat; quod Sacerdos;  
quod alios ad Papæ fidem  
accersat, ut alijs Sacerdotes,  
quod in Angliam venerit  
orthodoxæ religionis pro-  
ferendæ causâ; eoque pro-  
nunciatus est læx maiestatis  
rtus, duodecimuiris neq;ic-  
quam suadentibus, ut se pa-  
triæ legibus accommodet.  
Patri suo scripsit capite iam  
damnatus; vt excubitoribus  
suis certam pecunia summa  
donet. Suasum illi etiam  
extremis vitæ horis, vt Re-  
ginæ voluntati obsecundet  
in agnoscendo atque testan-  
do eius primatu Ecclesiasti-  
co. Renuit, & respondit; id  
esse contra diuinæ leges.  
Ergo datâ omnibus veniâ,  
*Charitas.* Catholicos vt pro veræ fidei  
lu-

Jumenti alijs; impetrando Mors.  
 Deum: ore nō habitus; Pater  
 noster clare dixit; & Ave  
 MARIA exorsus necdum  
 finierat, cūm de scalis detur-  
 batus, strangulatus, fūteo  
 præcīlo deiequus, quadrifā-  
 riā sequūscit; ad atrocē in-  
 noxij viri spectaculum la-  
 chrymatis facile bis mille-  
 nis.

B.V.

*P. Christophorus de Mendoza:*

E Peruano Regno in Pa-  
 traquariam clām profugit a-  
 dolescens, vt Societati uo-  
 men dare posset, auulsus à  
 nobili sua domo. In Socie-  
 tate omnia quæ agebat, pa-  
 tiebatur, in sacrificium  
 Deo pro animabus purga-  
 torij offerebat. Plures co-  
 lonias inter barbaros insti-  
 tuit, plurimis ad Christi fidē  
 adductis; donec à veneficio,

Hispanus.  
 in Para-  
 quaria.  
 25. April.  
 1635.  
 et. 46.  
 Soc. 19.

Purgato-  
 rium.

cc-

Fides.

celebris magi iussu in eum  
irruentibus, sagittis confos-  
sus est; vanâ per tempora,  
duabus in humeris. cum su-  
de illi caput quassatum est,  
Veneficorum manus eius au-  
xilium abfculit pro præda.  
Crucifixus ex eius collo pè-  
dens repertus, cachinis ac  
fannis exceptus. Adhuc vi-  
uentis, & Christi fidem præ-  
dicantis os malleo à venefi-  
cis cōtussum, dentesque plu-  
res excussum. Mox raptato na-  
fus, auris, virumque labium,  
lingua demum abscissa. cum  
demum desijt Christum lo-  
qui. Pectus denique aper-  
tum, euulsum cor, de inecclie-  
sa è ventre. Cadaver in  
fumen abiectum.

P. Gaspar Paes.

In Æthiopia, cùm ob du-  
biā Æthiopici baptismi  
for-

Lafianus  
in Æthio-  
pia.

25. April.

1635.

etatis. 42.

Sec. 28.

formulā confercim & plebs  
& nobilitas peteret baptiza-  
ri, fecit id Gaspar, etiam fes-  
sus in opere iucundo & glo-  
rioso. Pingendo quoque  
Regis, & aliorum animos  
excitabat ad pietatem. Im-  
peratori mortuo superstes  
vidua in schismate pertinax,  
filio, baptizato licet, persua-  
dit; illius Regnum, nisi Ro-  
manā fide profligatā, stare  
non posse. Eiecto ergo Pa-  
triarcha nostro, Gaspar clan-  
destinus istic hæsit, ad Ca-  
tholicorum qui in fide per-  
sistebant solarium. In festo  
S. Marci in Gasparem Ca-  
tholicis instruendis intentū  
dynasta quispiam cum 150.  
lancearijs irruit; quorum fu-  
tore Gaspar occubuit, lan-  
ceis hastilibusq; confossus.  
Ipse hostes obstupuere, idq;  
di-

Imagines.  
Fides.

Sanguis  
mirus.

*Mors.*

disertè postea testati sunt;  
 Patris Gasparis sanguinem  
 è vulneribus manantem nō  
 decidisse in terram; sed in  
 cælum, seu in aërem, eu-  
 nuisse.

*P. Franciscus Pagius. Noui-*  
*tius.*

*Anglus.*  
*Londini.*  
*29. April.*  
*1602.*

P. Ioannis Tomsoni fami-  
 liaritate conuersus, & ad ce-  
 lestia permultum accensus  
 est, potissimum cùm salubre  
 quiddam animo suo ab eo  
 ad exscribendum accepisset.  
 Patribus in Anglia seruuit;  
 eapropter pericula, vincu-  
 laque perpessus. Postea Sa-  
 cerdos exempli optimi, ac  
 zelo fortí plenus, cùm Societate  
 impetrata, iter para-  
 ret in Belgium ad ponendū  
 ibi tyrocinium, captus;  
 & Londini maiestatis læse  
 (quod Sacerdos esset) dam-  
 na-

*Fides.*

natus, suspensus, excarnificatus est.

P. *Abrahamus Georgius.*

Hic etiam tum infans, quartâ & sextâ quavis feriâ à sugendo lacte abstinebat. Cum B. Aloysio ad S. Ioannem in Laterano minoribus iniciatus ordinibus, postea in Lusitania Santarenæ admirandam, quæ istuc est, Eucharistiaæ hostiam adorans vidit in illa Christum Crucifixum; à quo animatus est ad mortem, quam intellectus sibi esse in fidei odium inferendam; idque socijs latutus dixit. Inter summas Indiæ ærumnas, deliciarum plenus, in hæc identidem erumphebat: O quæ diuitiae, ò pauperes! quæ diuitiae sub sancta ista paupertate latent! In Æthiopiæ institoris Armeni instar desti-

Maronita.

ad mare ruhrum.

Aprilii.

1595.

ætatis. 32.

Euchar.

Cruce.

Pauperes.

tas.

*Fides.*

ſtinatus , à Matthia Albu-  
quertio Prorege agnitus , &  
amplexu ſalutatus eſt; dicē-  
te illo : Hæ ſunt artes qui-  
bus ſuos in mortis diſcri-  
mina dat , & oculos mortalium  
fallit , vt animas lucretur ,  
Societas ! Ibi prodiſus, ten-  
tus , & id ad quod iſtuc ibat  
faffus , cùm iuberetur Chri-  
ſtum abijcere , vel ſaltem id  
ſimulare , ſpe libertatis, mer-  
cium , ac dignitatum oblatā;  
id execratus , in carcerem  
detruſus eſt . Inde eductus ,  
iuſſus eſt vel mori , vel dice-  
re : Alius non eſt Deus ,  
quām Deus , & Mahometes  
eius Apoſtolus; mori elegit;  
accepitque mortis ſententiā.  
Ad glorioſum ſupplicium  
Societatis cultu prodijt , vt  
Sacerdos , in oppido Delec .  
Primus gladius in illum vi-  
bra-

bratus fractus est: alter leue  
illi vulnus infixit, & fracus  
est: tertio demum cæsus est  
felix. Fuit Abrahamus, ho-  
mo suorum perturbationum  
pacare potens. Semel id die  
vescebatur: silentij magnopere  
amans. Dixit quispiam;  
se per illū obtinuisse à Deo  
quædam, & absentis cuius-  
dam futuram in Societatem  
defectionem didicisse. Prä-  
dixit: se in Aethiopiam mini-  
mè perueneturum. Saraceni  
ad spectaculum effusi, testati  
funt, ad eius sepulchrum, per  
ipos 40. dies, faces igne ca-  
lesti splendidas luxisse. Tres  
etiam aves ignotæ atque  
candidæ locum circumuola-  
re sunt visæ. Omnes illius  
necis authores ante euolu-  
tum 40. dietum interuallum  
extinti; omnibus qui id no-

*Moral.**Oratio.*

*Prædictio.  
Faces  
celi.*

tauere stupentibus ipse Insulæ Gubernator, semestri elapso, capitis supplicium luit.

*P. Iosephus Furlanettus.*

*Italus.  
Arimæ.  
Aprilis.  
1593.  
at. 44.  
Soc. 22.*

*Fides.*

Venetiae illi patria fuit. Goam difficillimâ & plus quam mille quingentis veteribus morbo absumptis exitiali nauigatione appulsus, in Scimo Christianos excoluit: Tacazzukij iuuentum in Seminario rexit: genitiles plures quà ibi, quà in vicinia Christo addixit: & in oppido vnlco supra bis milie sexaginta capita baptismo lustrauit. In Insula Gotò laboranti sub Tono tyranno Ecclesiæ clam succurrit: & veneno à barbaris porrecto quassatus, atroci dolorum vi cruciatus, Arimæ tandem gloriosum finem suis dolosibus

ribus atque laboribus, inter summa patientiæ documenta, imposuit.

## M A I V S.

P. Joannes Pereira.

CVm P. Gaspare Paës *Lusitanus.*  
(de quo dixi 25. Apri-  
lis) in Æthiopia inclytis la-  
boribus felix, lanceis con-  
fossus, sub accenso fæni cu-  
mulo positus tum adhuc spi-  
rans; inde à pia fæmina eru-  
tus, à Christianis fotus, Assæ  
tandem 2. Maij diem extre-  
mum gloriosâ morte con-  
sumauit.

P. Henricus Garnetus.

Coniurationem à Catho-  
licis quibusdam temerè fa-  
tam in Anglia, vt subiecto  
puluere pyrio summa quæ-  
que hostium religionis Ca-  
G tho-

*Confessa-  
rius.*

tholicæ capita , dum essent  
in comitio, tollerentur , co-  
nabatur consilijs omnibus ,  
vijsque licitis impedire : sed  
agere quod libebat ei non  
licuit , cùm id secretum in  
Sacramento , adeòque sub  
sigillo confessionis , accepis-  
set . Erupit conspiratio : &  
Henricus in eius suspicionē  
vocatus est , quòd eius con-  
scius eam non impediuerisset .  
Sumptum de coniuratis pro-  
ditione deteētis supplicium:  
Henricus datus in vincula :  
ibi variè laboratum , famis  
quoque tormento adhibito,  
vt proderet ea quæ in con-  
fessione audierat . Fortiter  
noluit : & in Senatu ita ca-  
lumniam diluit , vt palàm  
omnes innocentiae illius an-  
nuerent . Rogatus; num Ec-  
clesiam Anglicanam hæreti-  
cam

cam esse censeret? Respon-  
dit: Hæreticum esse qui Ro-  
manum Pontificem non a-  
gnoscat. Quo circa damnata  
tus est capitis, quod secretū  
in confessione auditum non  
reuelasset; quod Sacerdos;  
quod Iesuita esset. Magnum  
Iesuitam, & paruum Papam  
eum vocabant passim. In  
mortalí pegmate fidē Ca-  
tholicam professus, & hære-  
sim detestatus, Catholicos  
tamen monuit, ut à machi-  
natione omni abstinerent;  
Deum sua curaturum. Deni-  
que tam piè, tamque con-  
staanter in extremo illo vitæ  
articulo rem gessit, ut dice-  
retur, tantundem illâ suâ  
fortitudine, quantum 20. an-  
norum laboribus, rei Catho-  
licæ profuisse. Ioannes Vvil-  
kinsonus, qui aderat, post

G 2 eius

*Imago in* eius mortem in spicam in-  
*spica.* cedit occisi Garneti sanguine  
 aspersam, in quâ, crystallo  
 inclusâ, conspecta est effigies  
 Garneri vultum referens. .  
 Vedit id Ioannes, eiusque so-  
 cius; vidit matrona quædam  
 nobilis, & alij; legatus quo-  
 que Hispanus, qui sexcentos  
 aureos pro ea offerebat.  
 Piætates à PseudoEpiscopo  
 accersiti, & iussi miraculum  
 imitari, id supra suæ artis  
 imitationem esse dixerunt. In  
 fronte imaginis crux erat  
 stellæ inclusa: mentum oc-  
 cupabat Cherubini alatum  
 caput; in vertice corona ve-  
 lut graminea visebatur. Te-  
 status hæc est Ioannes iuratâ  
 fide; dixitque visum sibi in-  
 tueri Garnetum in cælo in-  
 ter Sanctos non postremos:  
 se quoque lumine magno  
 im-

*Mors.*

impletum. Affixa sunt pa-  
lām dissecta membra, & ca-  
put; quod visum est circulo  
purpureo ambiri. Spica il-  
la, periculosè parturientem  
fæminam iuuit; aliam à di-  
ris doloribus liberauit: stro-  
phiolum Garneti sanguine  
imbutum, à puero febres  
abegit. Verum, ac celebre  
est de hoc anagramma P.  
Gualteri Paulli velut vatici-  
nium reperientis in nomine:  
**Pater Enricus Garnetius :**  
**Pingere cruentus aristâ.**

*P. Georgius Carnahal.*

Cum Rudolpho Aquau-  
ua, & socijs, cruentis illis  
fidei Christianæ heroibus,  
vectus in Indiam, post No-  
uitios Goæ laudatè insti-  
tutos, in Scimo Iaponiæ  
Insula, Regnoque Bungenfi,  
postea Firandi, fidei propa-

Lufian⁹.  
Ikzuki.  
5. May.  
1592.  
Stat. 42.  
Soc. 24.

G 3 gan-

*Fides.*

gandæ operam insignitè nauuit. Porrectum illi à barbaris venenum, eum dolore capitis acerbo, deinde febri inflamatâ, mox vomitu cruento, affixit; & octauo post die morte oppressit.

*P. Stanislaus Brunouius, &  
socij.*

*Fotonus.  
in silua.  
5. May.  
1642.  
etat. 52.  
Soc. 32.*

Cùm socij ad Schismaticos Ecclesiæ reddendos adhibiti laborarent, inito senaculo decreuere schismatici, vt Patres, vbi vbi possent, occiderent. Factum id per conductos ad id sicarios schismaticos in silua decē queruimus dictâ, operâ latronum dicentium: Non vestra, sed vos quærimus. P. Stanislaus Brunouius iam aliàs odiò erat Schismaticis, ob non vñiam de illis relatam victriam, coram Proceribus; & quòd

quòd (summo certè Schismatici Archimandritæ dolore) primus ipse Periaslauæ Catholicum templum, primus tam exosæ Schismatis Societatis Iesu domicilium collocârit, Scholas Catholicas aperuerit; ac Schismaticos non paucos orthodoxis adiunxerit. Cùm Jaroslauiæ Rector Collegiū gubernaret, apparuit illi Albertus Mechouski è Societate Scholaisticus ante annos ferè 17. vitâ functus, Sanctorum communionem, id est, leuamentum poenarum, petens: apparuit & Illustrissima Dux Jaroslauiensis sexto à morte mense, & dixit: *Pater, cur promissa non exoluisti?* Mox ille promissa 60. sacra pro illa curauit. Emissione (vbi vniōnem Ru-

G 4 the-

thenorum, vt vocant, seu cum Romana fide coniunctionem curârat.) reducis caput à graffatoribus securi percussum, & guttur sagittis semel iterumque confossum est.

*P. Gaspar Vuoynicz.*

Internetus cum P. Stanislao, cùm sagittâ in manus dextræ palmâ fuisset vulneratus, & bis securi percussus in collo. Fuit Gaspar zelo, pudicâ modestiâ, & illo potissimum elogio inclytus, quod nullum unquam ullo dicto vel facto laeserit.

*P. Christophorus Carnofianus.*

Vnà cum his cecidit paride causa. Fuit perpetuâ virginitate, ac fidei Catholicæ zelo planè insignis. Ei Popus, vt vocant, seu sacrificulus schismaticus, persæpè ma-

*Polonus.*  
*ibid.*  
*etat. 30.*  
*Soc. 9.*

*Lingua.*

*Rexolanus.*  
*ibid.*  
*etat. 40.*  
*Soc. 18.*

malē minari auditus est, eō  
quod (Dominā Regni Can-  
cellarij impensē admittente,) in  
ipsius bonis templum  
ademptum Schismaticis, ri-  
zui, & concionibus, ac vībus  
Catholicis transcripsisset.  
Vnde illi, cūm à grassatori-  
bus caderetur, dictum : *I*n-  
*nunc*, *scelestē*; & *conciona-*  
*re*. *Dictus est flagellum Schis-*  
*maticorum*: & per quietem  
audire sibi visus est vocem;  
*Vix esse Martyr?* & *Qui ipse*  
*respondit*: *Amen*. Fuerit  
id seu præsignificatio, seu piū  
fēmnum; certè cruentus, &  
gloriosus occubuit; claman-  
te interea sicario: *I*n-  
*nunc*, &  
*concionare*, *scelestē*.

*Johannes Domagalski. Coad.*

Accessit tribus maioribus  
illis victimis quarta victima,  
eorum comes. Fuit silentij,

*Polonus.*  
*ibid.*  
*at. 36.*  
*Soc. 2..*

G 5 &

*B.V.*

& laborum amans ; ac Dei Matri pro vocationis per illam adeptæ beneficio , quotidiana ejusdem officij recitatione gratus . A missione cum Patribus redux , in silua sagittâ in corde traiectus occubuit . De hisce quatuor perhibet fama constans ; in loco, vbi occisi sunt, lumen cōspectum: vti & in templo , in quo sunt conditi, lux quedam totum templum illustrans apparuit plus quam horæ integræ interuallo .

*P.Ioannes Bapt. Baëza .**Hispanus :**Nanga-  
ſacbi .**7. May.**1626.**etat. 68.*

Pietate , impigritate , ac dicendi neruo tantus fuit, vt per annos 36. Christi nomē plenā vbiique messe per Macaum, Goam, Mozambicum, ac per varia Iaponiæ Regna circumferens , intra triennij unius interuallū facile

cilè 75 .millia capitum adul-  
torum Christi baptismo ab-  
luerit, vt paruulos taceamus.  
Persæpè illo baptizandi la-  
bore adeò fessum videre  
multi, vt vix brachium attol-  
lere , imò aliquando vix il-  
lad commouere , potuerit .  
Furente Daifù persecutione,  
quà acerrimis per anni spa-  
cium morbi doloribus , quà  
paralysi prostratus, cistæ, seu  
arcæ , includi debuit , & in  
exilium deportari ; cùm ne  
sic ægroto quidem quies  
concederetur . Nangasachi  
in carcere ærumnis extincti  
eius corpus quæsitum est  
flammis à barbaris abolen-  
dum .

P. Gaspar de Castro .

In Societatem pro Coa-  
diutore cooptatus, P. Seba-  
stiani Morales Iaponiæ Epi-

G 6 scopi

Lusitanus.  
propè  
Arimam .  
7. May .  
1626.  
xiiij. 66.

scopi comes fuit . Postea,  
 cum P. Petro Martinez, Se-  
 bastiani successore, Macaum  
 deuectus , & ibi disciplinis  
 necessarijs instructus, initia-  
 tus, in Iaponiam ductus , ibi  
*Fides.* veterum Christianorum ritu  
 ac more semper fessus , &  
 semper laborans , atque in-  
 seipsum sœuus potius quam  
 scuerus, mira in speluncis, in  
 quibus latere cogebatur,  
 perpessus est . Ita ærumno-  
 sam, sed felicem , mortem è  
 sepulchris illis hausit, sem-  
 per viuens in spe martyrij .  
 Anno 1614. socijs è Iaponia  
 proscriptis , ille clam è na-  
 uigio adrepebat ; & saluti  
 octo millium Christianorū  
*Zelus.* consulebat per continua ca-  
 pitis Deo in victimam de-  
 uoti pericula . Aliquando  
 in feretro , velut mortuus ,  
 cla.

elatus est; vt exploratorum diligentiam, & artes effugeret, morte per vitam ita sēper afflictā productā in obsequium animorū: id quod per annos 24. est nauiter executus.

P. Franciscus de Mendoza,

Hic anno 1621. 17. Junij, *Lusitanus.*  
Societati adscriptus, postea *in Philip-*  
cūm in Mindanao. Philippi-*ninis.*  
narum Insula Mahometanis.  
ad Christum reducendis in-  
fudaret, illorum insidijs in-  
terceptus, & per plura vul-  
nera peremptus est: minatis  
id antea barbaris; ei qui ad  
fidem prædicandam istuc  
venturus dicebatur, se cla-*Fides.*  
uas suas in pectus illisuros,  
& animam elisuros. Quidam  
frustulum è Patris zonā in-  
aquam intinxit, & aquā  
illā epotā grauem mor-  
bum.

bum discussit.

*P. Gonzalus Cardosus.*

*Anno 1556. Goam, inde*

*Lusitan⁹ in Aethiopia.* cum P. Andrea Ouedo & socijs anno 1557, in Aethiopiam appulsus: per multas ærumnas, perstudiosè præ alijs erudiebat monachos à schismate deprauatos. Periculis delectari videbatur, & esse magnes voluntatum; quas mirâ dexteritate trahebat à dissensionibus ad amorem. Cum P. Francisco Lupio ad pagum quempiam itinere dierum quindecim profecturus, obedienter ac hilarè se ire dixit; at prædixit se inde minimè redditurū, imò eò ne peruenturum quidem. Per iter, affirmauit Lupio; mortem sibi proximam imminere: illumque impensè rogauit; ut seipsum in

*Mors predicta.*

in tempora meliora seruaret  
incolumem pro communi  
bono. Progressi, ab erum-  
pentibus ex insidijs latroni-  
bus inuaduntur. Lupio re-  
pentè se abdente, Cardofus  
primo vulnera ictus conci-  
dit, atque occubuit. & om-  
nium celebratione vulgata  
fuit sententia, illum Or-  
thodoxæ fidei odio interne-  
ctum.

P. *Ioannes Bapt. Macciadus,*  
*seu Tauora.*

Anno 1601. in Indiam,  
1609. in Iaponiam prosperè  
penètrauit; & ibi laborauit  
vsque dum anno 1617. 22.  
Aprilis, dum confessione au-  
ditâ, formulam absolutionis  
pronunciaret, captus est ab  
insidiosis exploratoribus,  
qui ad Christianos indagan-  
dos erant submissi. Miram  
cor-

*Lusitan⁹.*  
*Nanga-  
sachi.*  
*22. Maij.*  
*1617.*  
*etat. 36.*  
*Soc. 20.*

*Charinus.*  
*Pati.*
 cordi suo afflari lætitiam, aiebat, quoties cogitaret, quòd iam olim scptem tantum annos natus, auditis Christianorum apud Iapones triumphis, ad eosdem toto iā tunc desiderio exarisset. Omuræ in carcere cum alijs adeò lætus egit, ut fuerit contestatus, se ne quidem cum orbe vniuerso felicitatem illam commutatum. In epistolis gratias Deo reddebat amplissimas pro re tam magna: & negabat, se vñquam altius diuinæ scripturæ adyta introspexisse quām in carcere, Omurano, in media illa palude. Tam ipse quām P. Frater Petrus ex Ord.S.Francisci, pridiè diuinitùs intellexere, imminere sibi postridiè supremum diem; idque al-

alter alteri latus aperuit. Hoc die ad decretorium tribunal ituri, cadentibus latis lachrymis, iucundè cecinere: *Te Deum laudamus*; & prolixè in se verberibus sauiere, Deo supplices, oratione productâ. Scribebat; morise plenum solatij quod hauriebat à bono Iesu cui moreretur, cuius odia mortem sibi aiebat inferri; & mortis nuncium vocabat nuncium laureatum. Tum secuti psalmi, & verba inflammata, & vicissim alteri ab altero facta confessio. Ad mortem educendi, Litanias Sanctorum omnium recitabant. Educti verò sunt ad sacrum illum Nangasachi collectum cum Crucifixo in manu. In loco illo gloriæ iterum se inuicem expiant pœnitentiæ.

Oratio.  
Mortis.

Apparatus  
ad  
mortem.

tiæ Sacramento, amanter se amplectuntur, gladio cædūtur. P. Ioannes Baptista vno accepto vulnere exurrexit, IESVM, & MARIAM pronunciauit; & iterūm, ac tertio saucius obtruncatus est. Aiebant tā Neophyti, quām gentiles; in eo vbi duo hī cæsi sunt loco, səpiùs conspecta sibi esse duo sidera pulcherrimis radijs mirum, in modum nitentia. & quod lətabile est cum primis, ille qui P. Ioannem cepit, ac obtruncauit, eodem anno mēse Nouembri Omuræ Christianus, in eiusdem fidei odiū occisus, Ioannem secutus est. Aiebat P. Ioannes; sibi tres in vita dies omnium longè iucundissimos illuxisse: primum eum quo Societatem, alterum quo carceres fuī-

*IESVS  
MARIA.*

*Mors.  
Lux.*

fuisset ingressus ; tertium  
verò eum quo mortis in hac  
causa oppetendæ nuncium  
accepisset .

P. Hieremias Fischer.

Græcij Styriæ literis ope-  
ram dedit , Deiparæ Virgi-  
ni religiosè admodùm addi-  
ctus , eiusdemque Foyensi  
lapillo à peste ibidem repé-  
tè curatus . Quidam de So-  
cietate ( quocum Hieremias in singulari Dei Matris  
cultu peculiari quadam ne-  
cessitudine conspirarat) post  
mortem illi apparuit , & ar-  
dentem aliàs in Hieremias  
pectore in colenda Deipara  
pietatem acriùs inflāmauit ,  
cùm dixit : *Sibi penes Beatis-  
simam Virginem benè esse : se-  
cuturum & ipsum breui ; sed  
via duriore . Quæ autem  
illa fuerit, seu tunc seu aliàs,*  
*cer-*

Bohemus .  
in sylua  
caesus.  
23. Maij.  
1631.  
etat. 36.  
Soc. 20.

B.V.

*Disce a  
mortuo.*

Mars .

certè diuinitùs , intellectus  
Hieremias , dum eas quas  
dixi mortui amici voces a-  
mico cuidam referens, adie-  
cit ; sc̄e in sylua quapiam cæ-  
sum iri. Factum id in ea  
sylua per quam iter in Pola-  
niam intendebat Hieremias  
cūm Glogouensi Collegio  
tunc præcesset. ibi humi pro-  
cumbens , & IESVM , ac  
MARIAM in clamans , ab  
hæreticis militibus *lesuitas* ,  
*lesuitas* furenter succlamantibus  
pergere prohibitus , &  
globo plumbeo traicitus est ,  
socijs fugâ elapsis . Percus-  
sus ferè post semestre , globo  
simili & ipse in duello iugis  
interiit . Parcebant aliorum  
vitæ , spolijs contenti hi mi-  
lites grassatores ; at *lesuitas*  
peſſimè oderant , eò quòd  
dicerent eos ministris hære-  
ticis

ticis esse perinfensos ; item Romanam Ecclesiā nec progressus tantos habituram fuisse in Germania , & facilitis ab hæreticis labefactandam, nisi hoc genus hominū pro illa tam solerter satageret . Auditi sunt ijdem exprobrare , quòd idola Catholica (ita illi Sanctos vocant, atque imagines ) suis opitulari non possint ; sed Catholicos , ac etiam Iesuitas , prosterni sinant ab hostibus . His nempe imbuti in Sociorum vitas grassati sūt.

P. Carolus Sagerius .

Ad omnem literaturam, Gallus.  
humaniorum , Philosophi- Turnone.  
carum ac Theologicarum,  
disciplinarum ut scitè idoneus , 24. May.  
ita obedienter promptus fuit etiam post maiora  
tractata se se ad minora de- 1596.  
mit-

*Humili-  
tas.*

mittere . Probitatis magna,  
ac doctrinæ famâ illud obti-  
nuit , vt ne coryphæos qui-  
dem hæreticorum cum So-  
cietate conferendos esse  
vulgo diceretur . Veneno  
sublatum è vita rumor in-  
cessit: neque id ab hæretico-  
rum ingenio alienum fuisse  
haud ambiguis experimen-  
tis accepimus . Carterūm  
Carolo illud quoque pecu-  
liare , ac inter paucos pro-  
prium fuisse in Societate vi-  
deri potest, quod in illa secū  
tres fratres suos, ac demum  
Patrem quoq; Societati ad-  
scriptos lætus aspexerit .

*P. Petrus Vurichtus .*

*Anglus :*  
*Londini.*  
*29. May,*  
*1651.*  
*stat. 48.*  
*Soc. 22.*

Huius vitam & mortem  
inter mortes illustres fusè  
perscripsi . Post operam  
religioni Orthodoxæ probè  
impensam damnatus est ad  
su-

suspendium, & consuetam carnificationem, tanquam Sacerdos Catholicus. Sub ipso patibulo quidam de Societate illi, baiuli specie, adfuit; & cōfidentem absoluit; obtenu illo usus; quasi ab eo mandata extrema & secreta acciperet ad amicos perferenda. Dicenti ministro hæretico; illi veniam eiurato Papismo minimè defuturam, respōdit Petrus: *Fides.*  
*Faceſſe, satan: ſi mille viṭas haberem, mille viṭas morti libentissimè pro Catholica religione offerrem.* Magnis tam Catholicorum, quam etiam hæreticorum laudibus ornata est illa Petri mors tanto animi ſibi præsentis robore conspicua usque ad omnium admirationem.

P.Tho-

*P. Thomas Cottamus.*

*Anglus.  
Londini.  
30. Maij.  
1582.  
Soc. 3.*

*Fidet.*

*Confessa-  
rius.*

*Mors.*

Auditis Indicis annuis, ad amplectendam Societatem exarsit, Romæ illam complexus. In Angliam reuersus, Dorobernij comprehensus est 25. Decembris. Londini in turri tormento, Scavengeri dicto, per horam & amplius cruciatus, totis naribus plurimum sanguinem fudit. Vrgebatur ut chirographo testaretur, quid in Pij V. Pontificis, & Reginæ causâ sentiret: scripsit se id sentire quod à Romana Ecclesia dedicisset. Num tentaretur ut in Confessione audita proderet; noluit, etiam dire tortus. 20. Maij capitis damnatus, trahæ alligatus, ad supplicij locum raptatus, vna cum socijs *Te Deum laudamus* cecinit toto itinere.

E

E plaustro, sub furca stans, omnibus benedixit. Libertas illi offerebatur, si Pontificis consilia improbaret; respondit: se ne mille quidem vitacum pretio à quocunque Ecclesiæ Catholicæ articulo discessum. Suspensus, & postea ad carnificinam nudatus, repertus est nudâ carne accinctus cilicio, non sinè suavi omnium admiratione.

P. Ioannes Meagh, & duo socij.

In Bohemia per iter ab hę reticis rusticis trucidatus est. In odium Catholicæ fidei patratum id esse, illud est arguento; quod ijdem haeretici rustici alios qui vnā iter habebant, innoxios, imò benè sperare iussos, dimiserint. In diuino Sacrificio, & inter colloquendū de diuinis, ardore singulari flagrabat. In

Hibernus.  
in Bohemia.  
31. May.  
1639.  
stat. 39.  
Soc. 13,

H Hi-

*Exercitia.* Hiberniam è Bohemia rediturus, Exercitia obibat S. P. Ignatij: quo tempore oborta illi est fiducia singularis, sanguinis pro Catholica fide fundendi. Socij, qui cum eo tunc cecidere, fuere Coadiutores duo; alter *Venceslaus Trnoska*, de quo nihil accepi; alter

*Martinus Ignatius Coad.*

*ibid.* *at. 63.* Hic magno martyrij desiderio flagrabat semper; immo & spe: ad quam putatur diuinatus fuisse creditus. Diuino Eucharistiae Sacramento passus, dulcissime lachrymabatur. In colenda Virgine Beataissima erat assiduus; eamque amoris tenerioris flagrantiam ex ipso Matris diuinæ vultu aliquando spectato hau- sit, aut potius, amplius inflammauit. Creditur enim aliquando illi Virgo Bea-

*Euchar.*

*B.P.*

tissima se spectabilem præ-  
buisse.

## IVNIVS.

*Blasius Schelling. Coad.*

**I**n tegerrimi ad vigilandū,  
orandum, laborandum  
exempli vir. cūm, irrumpen-  
te milite Suecico, hæreticis  
S. Sebastiani reliquias, ac the-  
saurum prodere iuberetur,  
fronte fune contorto constri-  
ctâ arbori alligatus; IESVS  
MARIA, aiebat, thesaurum  
non scio. Quare funis & ca-  
put illi gladio fissum est, ce-  
rebrumque dispersum; cada-  
uer fimo coniectum.

German⁹,  
Ebersper-  
gæ.  
1. Junij  
1632.  
etat. 78.  
Soc. 53.

*Reliquie.*

*P. Cornelius Bendin Godinez.*

Hunc nullius vñquā vio-  
latæ nostræ legis reum fuisse  
dixerunt attenti quidam, qui  
cum pernouerent SS. Euchari-

Belga.  
apud  
Taraau-  
marenſes.  
4. Junij.  
1650.  
etat. 40.  
Soc. 15.

H 2 stix

*Euchar.*

Stix Saramentū septies quotidie visitabat. Cūm in Indiā proficiseretur, fœmina sanctimonię opinione celebris illum hortata est, vt iret porrò; quippe vitam istic morte in fidei odium inferendâ feliciter clausurum. Per trimestrę Cynaloanę, ac Mexicanę linguę artem ita perdidicit, vt illam ad leges Onomasticumque scitè redegerit. Crucis signum pro templi propylęo, tanquam fidei labarū, defixit. breui post ab irruente Ethnicorum manu, Sabatto, inter probra, quod Hispanis sacrificijs sacrificulus ipse præcesset, quodque indigenas peregrino dogmate ab idolis auerteret, ad templum & aram usque, non sine copiosâ sanguinis effusione pertractus est. Inde verò in tem-

*Fides.*

templi atrium iterum, ac cœ-  
meterium, & ibi variè hac  
arque illac ad crucem usque  
raptatus, in eiusdem crucis  
amplexu hærens, dum addu-  
cto utrinque fune strangula-  
retur, bis Indicâ clauâ per-  
cussus, et siisque confessus &  
internectus est; sacrificulo  
barbaro in sacrificali ueste  
sacris aris insultante. Post  
biennium eius corpus incor-  
ruptum repertum esse perhi-  
bent qui videre; dicentibus  
barbaris; illum fuisse occisum  
non aliâ de causâ, quippe in  
omnes amicè beneficū, quam  
quod Indorum, ac maximè  
teneroris etatis, capita, aquâ  
perfundisset.

P. Sebastianus Viera, & quin-  
que Socij Nouitij.

Sparsæ sunt per Iaponiam  
illius imagines; vt agnitus

Lustianus  
Tendi  
6.Iunij  
1634.  
et a. 63.  
Soc. 45.

H 3 te-

*Sacrum.**Regis  
spectus.*

teneretur, id facturo promis-  
sis aureis mille quingentis .  
Cùm paulò ante quām cape-  
retur diuinum sacrificium,  
celebraret, is qui sacro ade-  
rat Paulus homo Christia-  
nus, in cuius domo id fiebat,  
retulit visū sibi videre Chri-  
sti sanguinem veluti spumā-  
tem in calice. Capto illo, ma-  
gnus plausus coortus est,  
quòd Romanus ille Sacer-  
dos (ita eum appellabant  
quòd Romæ fuisset Procura-  
tor) iam viactus esset. Capti-  
cum illo quinque alij , quos  
id flagitantes in carcere, pro  
ea quā Provincialis loco fü-  
gebatur potestate, ad Socie-  
tatem admisit . Ad Regem  
accitus, per interpretes illi  
respondit ; cùm coram non-  
daretur, ne conspecto Rege  
liber cuaderet, iuxta eā istic  
le-

legem quæ reos Regem vi-  
dentes absolvit. E carcere  
scripsit; parum fore si centum  
vitas, aut si mille corpora, ha-  
beret quæ Deo redderet pro  
actione gratiarum. Tanto se  
gaudio perfundi, ut vel pro  
minima eius parte satisficeri  
posse neget, etiam perpeccis  
omnibus quæ ab ullo vñquā  
tolerata fuere tormētis. Cūm  
Iapon reus (ad terrorem illi  
incutieñdum) coram illo fi-  
diculis torqueretur, & hor-  
rendus cruciatuñ apparatus  
illi oī oculos poneretur, in-  
uitareturque ad Deum de- Fides.  
serendum, respondit: Se tres  
iam & sexaginta natum an-  
nos à Deo beneficia plurima,  
& maxima, ab Imperatore  
autem non nisi compedes  
accepisse; Deum immortalē,  
hunc mortalem esse; nunquā

se à fide abiturum, vllâ spe ,  
aut metu eorum quæ Imper-  
ator possit seu promittere ,  
seu minari. Iussus fidei nostrę  
summam scripto complecti ;  
totâ 14. horarum intercape-  
dine scripsit, & breuiter illam  
digeſſit à conditi orbis exor-  
dio, usque ad extreum diē  
iudicij . Imperator in eo cō-  
mentario legens ea quæ ille  
de immortalitate animæ illi  
lucubrationi inferuerat, ex-  
clamauit : *Bonus est hic Bon-*  
*zius Europæus ! Et si hac vera*  
*funt, quid nos miseris? quid*  
*nobiscum fiet?* Verūm sualū  
auunculi , Sebastianum neci  
addixit. Ergò ille ad scrobē  
ducitur, & causa supplicij cō-  
scripta præfertur; quod fidem  
Christianam prædicasset contra  
Imperatoris edictum. Vnā cū  
quinque illis quos in carce-  
re

re in Societatem cooptarat  
Iaponibus, toto quod super  
genua est corpore in foueam  
e pedibus pependit per totum  
triduum, illis quoque super-  
stes. Et iam antea predixerat,  
se tormento fossæ non mori-  
turum. Supposito demū igne  
cruciatus est, & combustus,  
cum ei viuenti prius viscera  
suissent sensim extracta, ut  
scribit eius socius P. Alber-  
tus Mecinski.

*Apollinaris Almeida Episc.*

*Nicanus, & Soc. j.*

Societatem puer inierat. *Eustanii.*  
In Aethiopiam missus, Episco- *in Aethio-*  
pus, pro sigillo habuit IESV *pia.*  
nomen, & epigraphen: Dedi- *Iunio.*  
cti cum escam papulis Aethio- *incunab.*  
pium. Cum illo fuit *1638.*  
*stat. 50.*

*P. Hiacynthus Francisci.*

Anno 1623. in Aethiopiam  
penetravit, labore utili pro

H 5 Euan-

*Italus.*

*ibid.*

*stat. 40.*

*Soc. 24.*

**E**uangelio egregiè istic fata-  
gens . Dicenti vim addebat  
formæ dignitas , quæ in eo  
tanta efflorescebat , vt Itali-  
ci cuiuspiam Regis filius di-  
ceretur . Tertius eodem ap-  
pulit anno 1628

*P. Franciscus Rodriguez.*

*Eustan.*  
*ibid.*  
*at. 35.*  
*Sec. 20.*

Ibidem nauiter Apostola-  
tum exercuit . Hi tres , inter  
expiandū Catholicos , à schis-  
maticis deprehensi , accusati ,  
canum instar tractati , in exi-  
lium destinati , è singulis ar-  
boribus singuli suspenſi , &  
semiuiui lapidati sunt . Ca-  
dauera beluis obiecta : sed  
illæ ea ianoxia dimisere .

*Emmanuel Nizer. Coad.*

*Italus.*  
*Claudio-*  
*poli.*  
*9. Iunij.*  
*1603.*

Valestudinarium , & sacra-  
rium Collegij Claudiopoliti-  
tani in Transyluania procu-  
rabat Emmanuel , cùm Moy-  
ses Szekely , seu Siculus , Cal-  
ui-

vinista, Turcarum ope urbem  
occupauit. In ea calamitate  
occasione vni hæretici, in tē-  
plum Societatis hostiliter ir-  
ruere, & hæreticā licentiā  
quicquid facrum fuit ludi-  
brio habuere. Eos inter fuit *Euchar.*  
miles qui SS. Eucharistie Sa-  
cramentum impiè humi dis-  
persit, & proculcauit. Eam *Fides.*  
insolentiam redarguens Em-  
manuel, securi militari in ca-  
pite vulneratus, & globo  
traiectus, gloriosâ morte, vi-  
tam terminauit.

P. Bernardum Reuss ait Ca-  
talogus eorum qui in odium  
fidei sunt occisi, hoc die an-  
no 1629. sagitis confixum.  
Nos de illo 17. Iulij, qui dies  
illi ab alijs assignatur.

P. Christophorus Spoteanus.

Derpati à Christophoro  
Sommerio Duce captus cum

H 6 So-

*Polonus.*  
*in Suecia.*  
*14. Junij.*  
*1601.*  
*stat. 40.*  
*Soc. 23.*

socijs. Variè tunc vexati omnes, fame, cachinnis, probris. Vni caput pugnis contusum. Equis impositi coacti sunt cantare Symbolum Apostolorum *Credo*. Inde in Finladiam asportati : Stockholmij in vinculis acerbissimè habiti, exrumnis, doloribus, demū peste hoc die P. Christophorus, alij alijs diebus consumpti sunt; posteaquam seōmata multa in Pontificem, in fidei nostræ mysteria, in Societatem iacta, verbera, extremam egestatem, & affinia hisce incommoda, perpessi sunt.

*In Suecia.*  
17. Jun.  
ætat. 43.  
Soc. 8.

*Mibernus*  
*Pontani*  
15. Junij  
1649.

*Ioannes Eſo. Coad.*

Cū P. Christophoro Spotecho, alijsque paria passus : peste extinctus in carcere.

*P. Robertus Neteruillus.*

Meminere huius viri annuæ

nuæ anni 1650. & Mortes il-  
lustres. Mors illius, alijs vitæ  
laudibus par fuit. Etenim in-  
ter miseranda, & veterum.  
Ecclesiæ calamitatum simili-  
lma Hiberniæ verè Catholi-  
cæ turbamenta, cùm apud  
Anglos hæreticos increbuif-  
set quòd Sacerdos esset, ac  
Iesuita (quæ duo nomina il-  
lis immortaliter exosa, & nō  
vno sanguine sunt perfusa),  
per pedes ab illis correptus,  
è lectulo extractus, per do-  
mum raptatus, quaquauersū  
allitus, fustibus cōtus, effra-  
ctis ad collū, & humeros. ossi-  
bus semianimis relictus, cùm  
grauior etiā çtas hisce feren-  
dis impar esset, quarto post  
die, id est hoc die, doloribus  
gloriosis & vitâ defunctus est.

*Hider.*

*Anonymous Iapon.* Coad.

Littere P. Petri de Bosche-  
re

*Iapon.*  
*in Iaponia.*  
18. Junij  
1614.

re Vlyſſiponæ datæ aiunt; hunc variè cruciatum, laniatum, & in aqua gelida per 70. dies ita mersum, ut capite tantum emineret: demum gloriosum agonem abſciffo capite consummasse.

*P. Franciscus Paciecius, & Socij.*

*Lugdunum.*

*Nanga-  
facti*

*20. Iunij*

*1626.*

*nat. 60.*

*Soc. 41.*

*Defid.  
martyrj.*

Iaponiæ domicilia omnia cùm regeret, anno 1628. 18. Dec. captus, vinciri petiit: sed negabat Iaponij fas esse vinciri. Sacerdotes necdum ritè damnatos. Decennis puer cùm esset, auditâ de martyru gloria dissertatione, ita exar- fit, ut martyrij quærendi vo- tum conceperit. Ab anno 1592. in India & Iaponia magnis attritus laboribus ac ærumnis, tandem cum quatuor socijs catechistis in fidei odiū ad ignem damnatus, conſagrauit.

*P. Ioan-*

P. Ieannes Baptista Zota.

Ibidem fidei retinentissimus, illam obitâ in flammis morte testatus est, postquam per septem menses vixit in carcere grumnoſo, incredibili (in cauſa tâ nobili) moriendi desiderio flagrans: id circò & ſchedas P. Spinolæ, & P. Nauarri ſeeam: geſtabat ſemper, in quibus illi polliebantur id ſe ei à Deo flagitatuſos. Fuit eius gloriæ ſocius.

Vincentius Caux.

Is diſertis verbis ad Chriſti fidem deferendam invita-  
tus, cùm id execraretur, nu-  
dus in frigore extenſus eſt;  
conſtricte illi forcipibus na-  
res, & manum pedumq; ar-  
ticuli; ſupinus aquâ imple-  
tus, ſtomacho crebriūs ver-  
berato, & ſanguinem reiectā-  
te.

Italus  
ibid.  
Soc. 33-

*Fides;*

te. Cùm iterùm, ac sàpiùs ad perfidiam vrgeretur, eamque detestaretur, per ipsos 14. dies frigore ac inediâ vexatus est. Admirantibus constantiam, & hilaritatè omnibus, aiebat nō suis se viribus pugnare: innumerabiles se Dei misericordias experiri.

*P. Baltasar Torres, &  
Michaël Tozo.*

Cùm in ardo apud Omurense carcere tencréatur, custodes illorum tranquillitatè admirati, petierunt legem illam audire quæ tanta in suis possit. Fecere id abundè socij: & custodum vnus baptismo lustratus; reliquis legem tam potentem laudantibus, optatibus, lacrimantibus; sed dicentibus, pro baptismo expectanda esse tempora molliora.

Om-

*Hispanus*  
*ibid.*  
*20. Junij.*  
*1626.*  
*et 163.*  
*Sec. 47.*

*Fides.*

Omnes hi nouem, nempe Socij 5.  
nunc cœsi.  
 Paciecus cum 4. socijs cate-  
 chistis Iaponibus, Gaspare  
 Sandamatzu, Petro Pinxei,  
 Panlo Xinxuque, Ioanne Gui-  
 facu; & Pater Zola, Torres, Vin-  
 centius, Tozo, Nangasachum  
 peruecti, terram osculo ve-  
 nerati, & palos mortuales  
 amplexi sunt. Palis alligati,  
 subiecto igne, lati psalmos,  
Oratio.  
 ac sanctissima IESV, & MA-  
 RIÆ nomina cecinere: atque  
 intra semihoram in monte  
 Sanctorum conflagravere.  
 Aiebant ij qui Pacieco, Tor-  
 resio, ac socijs in carcere  
 orizam atram ad vescendum  
 suppeditauere, magna id sibi  
 admirationi fuisse, quod ori-  
 za, quæ illis comedentibus  
 supererat, fuerit candida, &  
 nocte longè melioris quam  
Mors.  
 cum ad eos fuisset illata. Nā  
 atram,  
Orizam can-  
dida.

atram, deterioremque illatā,  
relatam verò candidam &  
nob. liorem .

*P. Thomas Garnetus.*

*Anglus.  
Londini.  
23. Iunij.  
1608.*

Per plures menses ferro  
vinctus, mox exul, iterumque  
in Angliam reuersus, post sex  
annos in laboribus positos,  
iteratò exul ac redux, tentus,  
& supinus in cruce ad suppli-  
cium raptatus, suspedio strā-  
gulatus, ac dissectus est; quòd  
Iesuita esset, quòd Sacerdos  
Catholicus, quòdque è præ-  
scriptâ quæ contra Pontifi-  
ciam autoritatem erat, iu-  
rādi formulâ iurisurandi sa-  
cramentum Regi pronun-  
ciare detrectaret. Num vitam  
iuramento illo vellet redi-  
mere interrogatus; ne quidē  
quinque millium vitarum  
precio se id facturum dixit .  
Bene inimicis nominatim

fin-

singulis, benè Regi, Reginæ-  
que precatus: *Pater noster,*  
*Ave MARIA, Credo, Veni*  
*creator spiritus, &c.* dixit, &  
peperdit felix.

*Matthias Vitriarius. Coad.*  
& Soc.

Cum P. Christophoro Spa-  
teco (de quo 14. Junij egí) Lithuani.  
multa perpessus, demum in Stockholm-  
carcere heretico peste dece-  
fit: & post illum Nicolaus 28. Junij.  
Mercator. Coad. 1601.  
etat. 26.  
Soc. 3.  
decessus

*P. Thomas Methamius.*

Vir doctrine ac sanctimo-  
niæ nomine celebratus; at ob  
fidem orthodoxam assertam,  
Elizabethæ Reginæ inuisus,  
eoque carceri mancipatus,  
Londinensem turrim per qua-  
tuor annos incoluit. Inde in  
alios ex alijs carcères de-  
portatus, demum interpalu-  
des in Visbicensi ergastulo  
per .

*Fides.*

per annos plures ea paſſus  
est quæ procaces hæretico-  
rum linguae, ac immortale in  
orthodoxum nomen odium  
ſuggerebat. Ita vitam per an-  
nos 17. in carceribus cruno-  
ſam longâ morte clauſit,  
cruentam ſemper deſiderans,  
& expeſtans.

*P. Bartholomaeus Sanchez.*

*Hispanus.**Bubayeni.**Iunio.**1642.**aet. 29.**Soc. M.**Educatio.**S. Xauer.*

Natus ex voto, quo Deo à  
parentibus antea ſterilibus  
deuotus est. Paruulo pompa  
ſecularis horror ab ijsdem  
iniectus, dicentibus; diuites  
superbos ijs quibus cum  
pompa yehuntur ſplendidis  
curribus, velut auriga dæmo-  
none, ad infernum yehi ſuæ  
ſalutis oblitos. Videbatur fi-  
bi ſenu intimo ad imitatio-  
nem S. Xauerij permoueri,  
quod eum videret ſuo inge-  
nio valdè eſſe conſentaneum.

Et

Et profuit id acriter præstisſe. Sanguinem è pectorē quā cor iacebat elicuit, & chirographum eo sanguine conscripsit, quo se Deo per Xauerium in salutem Iaponię deuouebat. Is erga Xauerium ardor illi exprobrare videbatur, si calceos nouos, pileumūc, aut aliud vſui ſuo opportunū, admitteret; quaſi parūm addictus ei paupertati quam exemplo ſuo docuiffet Xauerius. In eodem, ſuaue, præſentissimumque præſidiū inueniebat tueandæ in nitida sanctimonia puritatis, quicquid imaginum caſtæ menti obſtreperet; viſis aliquando etiam tetris laruis, quæ abiabant, cùm ille ſolito magis afflictus opem Xauerij imploraret. Videbatur quoque id velut à Dcipara edoctus

*Cor.**Pauperi-  
tas.**Caffitas.**B.V.  
in-*

interno monitu, vt ad hanc victoriam patrono Xauerio vteretur. Concinnatos à P. Mastrillo Xauerij titulos, instar Litaniarum, quotidie recitabat. Aliquando Crucē ferre se debere didicit, cùm i. Decembris coram sui Xauerij effigie supplex, totam eius imaginem Cruce ingenti toto corpore coopertam vidi. Patiebatur tunc ille dulcioris è cælo auræ solatiorumque penuriam; & ad plures id genus, aliasque corporis atque animi molestias & quo animo ferendas est misericè incitatus. Animo anxium, an ritè initiatus esset, ac per nouem dies pro litanida primi sacrificij hostiâ separantem, ipso Deiparæ natæ die manè ante quam sacrificaret vox diuinitus confirm-

Crux.

Pati.

B. V.

firmavit, quæ illum hortabatur, vt se in Sancti sui manibus relinquere, pati, & eum imitari paratus: primāque hostiam Deo pro acceptis ab illo per Xauerium beneficijs offerret. Ita illi animus conquieuit. Crucis in imagine Xauerij ostensæ mysterium compleuit mors, quam obiit à barbaro sicâ in gutture vulneratus, alio ei caput bifariam dissecante.

S. Xauerius.

## I V L I V S .

### P. Petrus Gaffui.

**A**NNO 1614. Daifusamæ Iapon.  
furore in exilium relegatus, Iendi.  
Hierosolymas, postea Italia.  
Romam, inuisit peregrinabundus. 1639.  
Romæ Societatem amplectus, in Iaponiam ut securus rediret, remigis personâ etat. si Soc. 9.

*Zelus  
Fidei.*

nâ tectus, per biennium nudo capite ac pedibus occasione penetrandi quæsiuit. cùm necdum reperiret, Manilam ceu mancipium, abiit. Sic excubias elusit; & Nangasachi multos aquarum tormentis conterritos, & in fide nutantes magnâ industriâ confirmavit; alios iam lapsos reduxit; Iendi postea comprehensus, ac varijs tormentis & morte affectus.

*P. Petrus Brzelinus, &  
focij duo.*

*Belga.  
ad Neoportum  
2.Iuly.  
1600.  
etat.37.  
Soc.15.*

In castris Regis præclarè laborauit pro salute animarum. Captus à victoribus Batavis est, cùm Catholicos milites saucios confitentes audiaret, ac omni ope iuuaret. Præerat socijs Petrus: & de se, ac suis clarè testabatur; se non Archiducis, sed Dei itipen-

pendijs militare, nec sequi  
castra ut militem, sed ad ini-  
mas militum procurandas.  
At hæc ipsa exacerbaveret  
iras victoris heretici: quare  
semel iterumque sclopi gla-  
de traiectus occubuit. Et  
post illum i.

P. Laurentius Euerardi, ac Belga-

P. Otho Campensis. ibid.

Vterque magno animarū atat. 33.

lucrificiendarum studio no- Soc. 15.

bilis, multis ab heresi revo- Hollandus

catis ad fidem. etat. 43.

Soc. 16.

P. Ieanes Cornelius.

Matrem viduam in Anglia Hibernus.

ad fidem orthodoxam, Dorcestrij.

& intra triennium facile 30. 3. July.

familias, convertit. Dicendi 1594.

dote tam erat amabilis & Purgator.

robustus, ut vel semel audi-.

tus, eos à quibus audiebatur.

redderet sibi obnoxios. An-

imas purgatorij iuuabat, pro-

I nun-

nunciato, quoties manus la-  
uabat, psalmo *De profun-  
dis*, &c. item pecuniā quam  
in missiōnibus nancisci pote-  
rat erogatā ; sacrificijs, cili-  
cijs, flagris, ieiunijs. Magistrū  
suum mortuum vidit sacri-  
ficia postulantem. Inter sacri-  
ficandum pro Barone quo-  
dam, illius animam conspe-  
xit in silua inflammatā, *Mis-  
seremini mei*, &c. clamantem; &  
se accusantem, quod fidei  
orthodoxam ob humanos  
respectus non satis fortiter  
tuisset palam professus; quod  
in aula tempus vanè erui-  
set; quod innocentis Regiae  
Scotie capitis damnatae ipse  
quoque cum alijs aliqua pars  
tuisset. Hęc omnia se quidem  
confessione in vita expiasse;  
at penas commeritas adhuc  
luere. Nec nisi capite vide-  
ba-

batur è vasto illo incendio  
eminere. Vedit hæc eadem is  
etiam qui sacrificanti Ioanni *sacrum.*  
aderat sacri minister: & Ioá-  
nes ista narrans, octoginta  
illos qui sacro illi aderant,  
atque obseuram quandam  
flammam istic aduerterant,  
fentes flens & ipse dimisit.  
Dæmones fassi sunt: pelli se è  
corporibus incensâ P. Ioan-  
nis charitate quâ ipse flagra-  
bat. Adegit dæmonem, ut  
cum diuinam hostiam post  
sacrum ipse Pater in pyxide,  
seu custodia, deponeret, di-  
sertè dixerit: Agnosco in hoc  
*Charitas.* *Sacrum.*  
Sacramento potentiam tuâ,  
ò Deus! Alias vedit dæmo-  
nem in linea fœminæ fasciâ,  
velut auiculam; aliæ autem,  
ut cattum. Plura flagra lace-  
rabat crebro usq; quotannis,  
& sèpè & dirè se cedens: ci-

I 2 li-

licino adhæc sago nodis  
aspero vestitus usque ad ge-  
nua. Captus, & in odium fidei  
cedendas, morti nobili se pa-  
tabat per cilicia, flagra, ieiu-  
nia. Vota Societatis in car-  
cere nuncupauit coram alijs,  
plenus lachrymarum, & vo-  
luptatis. Mors illius fuit ple-  
nissima teneremæ pietatis :  
quam subiit suspendio, &  
consueta carnificatione. Ca-  
put eius patibulo affixum  
fulgere radijs est conspe-  
ctum.

P. Petrus de Espinosa.

Hispani.  
in Para-  
quaria.  
3. July.  
1637.  
Soc. 24.

Hic tum adhuc puer in  
Hispania voto se obligarat  
defendere Immaculatæ Con-  
ceptioni Matris Dei. Educa-  
tus est persanctè; quippe qui  
iucundè narrarit aliquando  
Matrem suam cum lachry-  
mis ante suum lectulum in-

ge-

genua prouolutam dixisse  
 magno verbarum pondere, *Educatio*  
 ut mortem potius quam vltima.  
 lumen lethale peccatum ad-  
 mitteret; atque ut vel umbrā  
 obsceni alicuius de honesta-  
 menti maximo periculare caueret;  
 seque id obsecranti pīx: Ma-  
 tri spopondisse, ac perdilige-  
 genter seruasse. *Castitatis*  
 suam custodiuit modestiam,  
 humilitatem, ieiuniis, ciliciis,  
 duro humi lectulo, flagellis  
 armatam, quin etiam ab aliis  
 aliquando petiit flagellari.  
 In Paraquaria cum Pauli-  
 politanorum saeculum fu-  
 gerent Christiani, stupenda  
 tulit; factus bubulus, lanio,  
 didascalus, omnibus omnia  
 ad animorum corporumque  
 obsequia. Noctu cum in eum  
 irruerent barbari, & ille  
**DEVM, IESVM, MARIAM**

*Fides.*

inuocaret impensiùs, execrati ea nomina barbari respondere; vana esse illa nomina, nec adesse illos quos vocaret. Ita illum contra blasphemias voces piè porrò loquètem, varièque vexatum, fisso capite obtruncauère. Cadauer à tygridibus propè devoratum; manus tamen reperta integra, digitis in Crucem commissis. Eodem tempore Juliano cuidam de Societate, ducentarum leucarum inimicatu diffriso, gloriosus apparuit, ac dixit: Benè tibi sic, Frater mi Julianus: ego hæc ad Superos abeo. Julianus postridie narrauit ea quæ viderat, & audierat per quicquam: & postea cum cædis auctorâ collata tempora ostendere tunc id factum, cum Petrus cedetur. Quar-

*Mors.*

tus

tus ipse fuit Petrus, post tres  
quos in Societate habuit fra-  
tres, omnes viros Apostoli-  
cos; quorum unus prædixit,  
fore ut ipse in fidei Christia-  
næ odium cæderetur. ipse  
quoque Petrus ante quam  
initiaretur, aliquando in  
templo Deum precatus, vi-  
sus fibi est à barbaris trahi,  
vexari, occidi.

Mors.  
præuisa.

P. Theodorus Risuvig.

Ab hereticis hoc ipsum,  
ad id sufficere quod Iesuca-  
esseret dicentibus, in casu rem  
catenamque compactus, ibi  
sexta ferè mense felicium  
arumnarum decessit. Mo-  
riturus, nini alieno esset ani-  
mo ab eo quem sus capiui-  
tatis, ad eoque mortis acce-  
lerata, auctorem esse noſſet,  
rogatus; respondie: ſc alie-  
num ab illo animum mini-

Belga.  
Neomagi.  
4.Iuly.  
1624  
etat.60.  
Soc.44.

Chartas.



*Predicatio.*

mē habere. Prædictum tamen,  
Dei tribunali sistendum bre-  
ui & illum & se; atque ibi  
causam utriusque discutien-  
dam. Vates fuit. etenim ille  
de quo loquebatur, & quem  
priore ante se loco expres-  
serat cum de morte loque-  
retur, aliquot horis ante  
P. Theodori mortem ē vita  
eruptus est. Alius item eius  
mortis reus, linguā teturum  
in modum intumescente ac  
exertā miser interiit.

*Indictum  
Dei**P. Antonius Daniel.*

*Cœllus.  
in noue  
Francia  
4.Iuly.  
1649.  
stat.49.  
Sec.28.  
.....40*

*Fides.*

E primis hic vnus fuit qui  
ad ardias illas Huronum  
Neo-Indias profecti sunt:  
ibique per ipsos annos 15.  
strenue lutauit. Illius, ac  
facciofum operaz pretium  
summi thille sepaingenti, qui  
inter particos annos Christo  
istic adiuncti sunt. Antonius

— n — i — i — hoc

hoc die manè diuino sacrificio operatus, cùm Hiroquæos ad cædēm aduentantes audiret, quosdam antea iam dispositos quos potuit illicò baptizauit; ut æternæ illorum vitæ in periculo illo prospiceret. In templo vnà omnes Christiani in preces effusi, ab illo certatim poenitentiâ expiati, & perficte incitati ad mortem, piè oppetendam, cùm diceret: Hodiè erimus in Paradiſo, fratres! Hiroquæis ethnicis barbaris in templū se infundentibus prodijt obrius; & sagittis confossus est, IESVM clamans. Singuli barbari vulnus aliquod, etiā mortuo, infixere; ac templū, igne iniecto, vnà cum cadavere combussere. A morte euidam de Societate, viro

I 5 ex-

*Mors .  
Disce à  
mortuo.*

*Animo-  
rum  
Zelus .  
Calum.*

*Hispanus.  
Desboropē  
10.Iuly.  
1594.  
etat 34.  
Soc. 18.*

*Fides .*

excelsâ demissione , ac fan-  
ctimonizæ famâ memorabi-  
li , semel iterumque conspe-  
cens , impensè suasit ut infide-  
lium animæ omni omnino  
adhibitâ operâ & diligentia  
iuuarentur : sibi autem datas  
à Deo plures animas , vna  
secum æternis gaudijs poti-  
turas .

*P.Gundisalvus de Tapia.*

Intra 17. dies barbarum  
Cicimecarum idiomâ perdi-  
dicit , charitate memoriam  
sustentante . Primus nec sine  
fructu lœtabili peruolavit ad  
cultionem Topianæ gentis ,  
quaæ homines vorat ; ceroos ,  
cuniculos , aquilam , nouacu-  
lam è silice formatam , varijs  
temporibus adorat . Cina-  
loënses deinde instruxit ; vbi  
& ingenia mitiora , & terra  
bis quotannis frugifera ; vbi  
fur ,

fur, aut mendicus nullus. Ad vicinos efferos homines mis-  
sus , cum P. Martino Paëz  
brevi duo millia capitū ba-  
ptizauit & viginti, aut plura,  
templa condidit . Nac ab ea  
senex quispiam libidinibus  
foedatus , eoque monitoris  
impatientis , Gundifaluum ,  
cum Deiparam è rosarij se-  
rie ac formulā salutaret, cal-  
lidè aggressus, adduxit eò si-  
carios; quorum unus clavam  
in Gundifalui caput impres-  
sifit, ac IESVM clamanti bra-  
chium alij, & caput amputa-  
runt . Coorto terræ motu ,  
Ethnici ad eius tumulum  
cum donis supplices adiēre .  
Sicarij fassi sunt; eum idcirco *Castitas :*  
cæsum, quod è suo illo Euang-  
elio castitatem prædicaret,  
atque urgeret. Post mortem  
spectatus est fœminæ, quam

B. V.

*Castitas :**Mors .  
Calum.*

I 6 con-

conuerterat, in aurea domo,  
eius vestibulum duo adolescentes lucidi occupabant.  
Huc visus est permultos introducere Gundisalvus. Petebat & illa eò ab illo, cenuro suo ac spirituali olim  
Patre, admitti, atque induci: at Gundisalvus. Necdum, inquit, est tempus: neglexisti plura quæ à me didicisti: & participationm in confessione hoc atque illud (& quædam illi peccata singillatim suggerebat) omisisti. Euigilauit illa: & accessio quodam è Societatis Patribus, tam ea quæ viderat, quam deinde omnia totius vitæ peccata, nullo voluntariè prætermisso, sincerè apetuit.

P. Thomas de Montoya.

Q. à tyrones, quæ Indos inscholis, quæ populum palam

I do-

*Disce a mortuo.*

*Confessio.  
Negligentia.*

*Indus  
ē noua  
Hispania.  
Manilæ  
14 Iulij.  
1627.  
etat. 59.*

docendo magnos labores  
 exantlauit per annos plus,  
 quam 30. istic exactos. Apud  
 Bafaias propinatum illi ve-  
 nenum ferunt; quo labefac-  
 tatus, longâ in morte vixit,  
 labore tamen improbo. Aie-  
 bant Indi; sibi purum casti-  
 moniae amorem eius aspectu  
 afflari. Mira fuit eius in si-  
 lentio arctè fernando reli-  
 gio, & yerborum parsimonia. Lingua-  
 cum esset laquendum. Pran-  
 debat parecè; nec cœna-  
 bat. Per plures hebdoma-  
 das coactus est sedere, nullâ  
 ferè interspiratione quietis-  
 ab asthmate, quod è vene-  
 no sibi propinato accepe-  
 rat. Interea tamen fuit Tho-  
 mas semper & zeli, & ma-  
 gnæ patientia suæ compos,  
 eo solatio, quod, in fiduci-  
 odium fuisse odio apud il-  
Fides.  
lam

Iam gentem cui Christum  
prædicarat.

*Philippus Nottin. Coad.*

*Belga  
Trajecti.  
14. July.  
1638.*

*Fides.*

Ab hereticis in fidei Catholicae odiu Crucis ferreæ insidere iussus, manibus pedibusque per extremos digitos ad tergum reuinatis, & manicarum ac pedicularum aculeatarum tormento dire insertis. Collo innexam erat collare ferreum, trifariam aculeis confertum, quorum alij recti eminebant, alij sursum, deorsum alij vergebant; igne quoque quo ipse lentè torraretur, admoto. Vbi vita pellis ibat in bullas & pustulas, illis ferro apertis acetum cum sale ac pyrio pulvere infudere. Sic per decem ipsas horas cruciatus Philippus, capite deinde plexus est, obtenu proditionis, re-

ip-

ipsâ odio fidei orthodoxæ ;  
vt patet è narratione à Bul-  
lonio Duce conscriptâ ; & è  
calumnia ab hereticis con-  
fata per Lansinannum , cui  
ob vitæ specimen mentito , vitæ  
promissæ loco mors illata  
est . Philippus in loco sup-  
plicij obiecta omnia falsa es-  
se affirmauit , ac dixit se mo-  
ri innocuum , & pro Catholi-  
ca , Apostolicâ , Romana Ec-  
clesia .

P. Ignatius Azenedius cum  
Socijs 39.

Illustri genere natus , in  
Societate ad virtutis exerci-  
tium toto die aliquando nihil  
omnino locutus est . In dul-  
ci suo silentio absortus palle-  
bat ab assidua corporis affi-  
stacione , fluebatque in la-  
chrymas pietatis . Imitandæ  
Virginis Matris puritatis fe-  
gò ,

Lusitan⁹.  
in mari  
ad Palma  
insulam.  
Fortuna-  
tam.  
15 July.  
1570.

silentiæ.  
B.V.

gó, vestem cilicinam candi-  
 dam gestabat, idque ex voto  
 Mortific. Dei Matri reuerentiâ nun-  
 Rosarium. cupato. Eboræ collo ener-  
 gumeni roſarium Deiparæ  
 iniēcit; & pertinacem dæmo-  
 nem, qui multos fatigârat, eie-  
 cit. In puppi nauis quâ in  
 Brasiliam vehebatur cum fo-  
 cijs, altare eiexit, illique Ro-  
 mâ secum aduectam S. MA-  
 RIÆ Maioris imaginem im-  
 posuit. Ad Palmam (quæ vna  
 est Canariarum, seu Fortuna-  
 tarum insularum) Piratæ hæ-  
 retici in eum & socios irruē-  
 tre*Ignatius*, arreptâ Dei Ma-  
 riæ effigie, socios cohortaba-  
 tur ad vitam optimo Dco cō-  
 fecrandam. Conclamauit So-  
 fide*ri* : Maria hæreticus piratarum an-  
 tesignanus, ad suos piratas;  
 ut Iesuitas occidant: *bos enim*  
*ad prosemnanda prava dogma-*  
 ta

ia in Brasiliam proficisci. Ignatius in B. Virginis imaginis complexu conculcatus, capite saucius, lanceis confosus, Romanæ fidei veritatem cōtestatus, atque ut p̄o hac socij fortes occūberent, omnes vnicè hortatus, ydā cū illa Deiparæ imagine cecidit. hanc illi è complexu cū auellere haud satis facilē pos sent furenter properātes heretici, eum seminecem in mare abiecēre; ubi etiam corpus ab aquis se efferens, Deiparæ imaginem, mortuis quoq; brachijs adstrin gebat.

B. V.

*Benedictus Gastrus.*

Ibidem in Crucifixi amplexu se Catholicum clamans, tribus glandibus ictus è scopo, cæsus, confessus, in aquas iniectus est.

*Act. 18.*

*Soc. 9.*

*Crucifix.*

*Em-*

*Emmanuel Alvarus.*

*Sac. 15.*

In facie sauciatus , tabula affixus , confractis cruribus, & ossibus, adhuc socios hortatus ad mortem in causam nobili magno animo obeundam , in mare proiectus est .

*Blesus Ribera.*

*E. V.*

Coram Beatissimæ Virginis imagine prouolutus, confracto gladiorum capulis capite, obtruncatus est .

*Petrus Fonseca.*

*B. V.*

Coram eadem B. V. imagine, in maxilla pugione cōfossus occubuit .

*P. Didacus Andrada.*

*Etat. 40.  
Sac. 13.*

Inter audiendum cōfessiones sicutis confossus , cum in mare deturbaretur clamabat : Pugnemus fortius , socij demus pro eo sanguinem cuius sanguine redempti sumus .

*Si-*

*Simon Acoſta. Nouitius.*

Cū liberali aspectu nobilitatē generis testaretur, eōque viam sibi ad fugam patere videret; non tantū fugā non iniit, verū etiam corā Soria hęretico Principe pītarum fidem orthodoxam *Fides.* contestatus, tenerum iugulū dedit; & in fluctus præceps datus est.

Alijs pluribus veste nudatis fertum hęretici alio in visceria adegerat; ac ne natatu euaderent, præcisa quibusdam brachia prius quam conicerentur in mare. Ludibrio habita sacrae vesteres, atque reliquiae. S. Theresia hoc ipso 15. Iulij & sabbati die, hoc anno 1570. P. Balchafari Alvarez disertè dixit, quot, &c quo modo sunt occisi: eosque a s. Theresia famam à se visos in celo mar-

ty-

*Mors.* tyrij coronâ illustres. P. Ignatius, Hieronymo fratri suo  
*Catum.* absent radijs coruscus appa-  
*19. Nov.* ruit. Anno 1616. 19. Nouembris multi de Societate qui in Paraquaria nauigabât, cùm eo ipso in loco, vbi cùm so-  
 cij Ignatius cæsus fuerat, in Malacia constissent, gaudijs mille perfusi, vlsas à se aquas sanguine tintas, & manu hau-  
 stas stillantibus sanguinis gut-  
 tis purpureas apparuisse, & gustu quoque suaves fuisse sanguine testati sunt. Vlso tunc etiam socios vulneratos, alios pectore, alios aliâ corporis parte, non secus quam si cædes illa tuc patraretur. Adocens nobilis indole ac virute, Sanctus Joannes dictus vulgo, tironum ac sociorum modestiam adeo adorauit, ut ab Ignatio Societatem impen-

pensè flagitârit, cum ijs assiduè in omni exercitatione versatus; & licet necdum tiro, tamen candidatûs, cùm socios occidi videret, se illis immiscuit, potitus morte quam exoptârat, Adactus dicens. Nomina omnium sunt:

Alexius Delgadus Lusit.

Agustat. et Nobitius.

Alphonsus Vaena Hispiciat.

Igo Soc. g. aurifaber.

Alvarus Mendez. Lusit.

Andreas Gonzalez. Lusit.

Antonius Correa. Lusit.

Antonius Fernandez. Lusit.

Antonius Suarez. Lusit. Minister.

Benedictus Castrius. Lusit.

Blasius Riberius. Lusit. et.

27. Nouitius.

Dominicus Fernandez. Lusit.

Coadjutor.

Em-

Emmanuel Alvarus. Lufit.  
Emmanuel Fernandez.

Lufit.

Emm. Paceccus. Lufit.

Emm. Rodriguez. Lufit.

Ferdinandus Sanchez.

Hisp.

Franciscus Alvarus. Lufit.

Franc. Magallanez. Lufit.

Franc. Perez Godeius. Hisp.

Gasper Alvarez. Lufit.

Coad.

Gonzalus Henriquez. Lufit. Diaconus.

Gregorius Scribanus. Lufit.

P. Iacobus Andrada. Lufit.

Iacobus Perez. Lufit.

P. Ignatius Azcbedius. Lufitanus.

Ioannes Baëza. Hispanus.

Io. Fernandez. Lufit. Coad.

Io. alter Fernandez. Lufit.

Ioannes de Mayarge. Hisp.

Io. à S. Martino. Hisp.

Ioan-

Ioannes Zaurus Hispanus.  
Ludouicus Correa. Lusit.  
Marcus Caldeira. Lusit.  
Nicolaus Dinis. Lusit.  
Petrus Fonseca. Lusit.  
Petrus Nunez. Hisp.  
Petrus Fontorus. Lusit. Coad.  
Simon à Costa. Lusit.  
Simon Lopez. Lusit.  
Stephanus Zurara. Hispanus.

His 39. addūt aliqui adoleſcentem illum Ioannem Adancum Societatis candidatum. Stephanus Zurara Te Deum laudamus cecinat cum ejceretur in mare.

Non tacendus inter hos omnes Franciscus Perez Godoius è P. Balthasaris Aluarez disciplina ad hanc mortem profectus. Hic rogatus in tirocinio; quid ita nitidè cubile suppelleatilem breui  
ite- B. Virg.

iterum inficiendam expoli-  
*Vesperi.* ret; respondit: se, vesperi  
 quotidie, vna cū singulis diei  
 totius occupationibus pera-  
 etis, Deiparæ sistere. Nolle  
 autem se coram illa erube-  
 scere cum vasis parum ex-  
*Fili⁹ Dei!* quisitè perpurgatis. In ipso  
 cœdis, mortuumque calore,  
 illud quod sœpè à P. Balttha-  
 sare Aluarez audierat, & pro-  
 facto axiomate usurpabat  
 acroama facijs identidem  
 repetivit, exclamans: *Eia,*  
*fratres,* non degeneremus à  
 precelfis cogitationibus filio-  
 rum Dei.

P. Rudolphus Aquaviva.

& Sacij.

Italus  
 Ceculini.  
 15. July.  
 1583.  
 aet. 33.  
 Sect. 15.

Claros natales, iam inde à  
 puero, nobili virtute orna-  
 uit, quando Deiparæ officio  
 quotidie recitato, Sabbato  
 etiam ieiunabat, & per qua-  
 tuor

tuor ferè horas orandi spa- *B.V.*  
 cia producebat. Adolescens *Mortif.*  
 postea, vti Thomas, fœmi-  
 nam impudicam titione fu-  
 gavit; ab eo tempore nihil  
 in carne vnquam rebellionis  
 expertus. In Societate quo-  
 tidie per horæ dimidium se  
 acriter verberabat, vt In-  
 diam impetraret. Ad Mo-  
 gores ire iussus, præter eos  
 quos exantlabat labores,  
 corpus mirè varièque vexa-  
 bat pro eo populo ad Deum  
 adducendo. Inde Goam,  
 hinc ad Salfettas insulas, Su-  
 periorum missu, profectus  
 est: ybi à barbaris gladio  
 sub genibus vulneratus ce-  
 cedit in genua, & collum  
 ad vulnus mortemque acci-  
 piendam explicuit ac expor-  
 rexit: quo tempore collum  
 illi gladio transfixum est; alio

*Oratio.**Zelus  
anima-  
rum.*

K il-

illi humerum vulnerantes,  
alio sagittam ex arcu expe-

*Charitas.*

diente in pectus . Moriens:  
Ignofce, aiebat, illis, Deus  
meus b S. Xaveri, ora pro me!

*Mors.*

Tum ter adiecit: IESV, si-  
cipe hanc animam meam.

*B.V.*

Bernardinus Nurfinus, po-  
stea inclytissimus Fundatoris,  
Camilli de Lellis , socius,  
Rudolpho tum adhuc in  
Italia agenti dixerat; se à  
Beatissima Virgine accepisse

*B.V.*

illum fore martyrem ibi quā  
ire optabat. P. Ioannes Fer-  
nandus noster, hoc eodem  
1583. anno, & 15. Julij die  
vidit totam seriem eius cæ-  
dis que tunc in Rudolpho,

*Angelus.*

& socijs patrabantur; Angelo-  
ei dicente: id ad gloriam  
Dei esse. Conspectus etiam  
est Rudolphus in coronâ  
gemmae conspicuâ . An-

*Celum.*

no

no 1613 Neapoli quidam dicebat; Rudolphum non esse venerandum, eiama priuatâ reverentiâ, quippe qui apud barbaros vitâ non nisi per infortunium sit priuatus. Is ipse postea Vicario Archiepiscopi disertè dixit; sibi adfuisse Rudolphum luce multâ illustrem, & interrogasse, num se nosset? Neganti verò sibi, dixisse; Cur ergo ignorauit, lacefferet? se esse Rudolphum quem ipse lingua perstrioxisset; & evanuisse. Vnà cum Rudolpho tuac trucidati sunt hisocij:

*P. Alfonius Pacieus.*

Huic lancea in pectus ada-  
cta. Dum extremum collo  
vulnus expectaret: Christe,  
inquit, lanceâ pro me confixe;  
per illam tuam lanceam te go-

*Lingua.*

*Hispanus.*

*ibid.*

*stat. 34.*

*Soc. 16.*

*Charitas.*

*Mors.* go, parce his; & nouos fidei magistros eis mitte. Sic obiit.  
*Os.* Aiunt, in ore occisi reper-  
tum cereum agnum Dei,im-  
*IESVS.* presso SS. IESV nomine in-  
signem, quem paulò ante ori-  
velut pro tessera sui agonis,  
immiscerat.

*P. Petras Berna.*

*Italus.* Idola cuerit; formica-  
*ibid.* rum gregem (quem barbari  
*etat. 30.* colebant) egestâ terrâ diffi-  
*Sac. 6.* pauit, & sale conspersit; illis  
 id perquam indignè furen-  
 terque ferentibus. Inde  
*Fides.* coortum in illum ex illo fi-  
 dei zelo plurimum odium; &  
 pulchra mors. Vertex illi  
 amputatus; oculus alter telo  
 trajectus.

*P. Antonius Franciscus.*

*Lusitan.* Solebat hic inter eleuan-  
*ibid.* dum in sacrificio sacram ho-  
*Sacrum.* stiam martyrium à Deo fla-  
 gi-

gitare; ut per illud hostia  
ficeret Deo viuo. Ipso quo  
cæsis est die, sacer sanguis  
in calice sacrificantis ad ca-  
licis usque labrum exundans  
ebullijt, diuinâ significatio-  
ne mirabilis, & cor acce-  
dens.

*Franciscus Aranea, Coad.*

Lautâ domi renatus. Co-  
culinijs dicebat; se apud il-  
los templum Christo exci-  
tandum moliri, quemadmo-  
dum alibi quoque iam fece-  
rat. Illi rabie inde incensi,  
ferro in gulture, ferro in co-  
stis vulneratum atque pro-  
stratum, seminecem circa  
idolum raptuere. Cum  
iubetur pede altero stans  
idolum supplex adorare, ac  
id execratus, negaret se la-  
pidibus daturum quod Dei  
esset, arbori alligatum, pro-

*Lusitanus.*  
*ibid.*

*Fides.*

K 3 sco-

scopo collocauere, sagittis petiuere; omnibus in eum, & socios inter iaculandum cōclamantibus: Hic templam erigetis: hic Crucem figetis. Paruuli, paruulaque iras maiorum pro modo imitati, corpus illius vellebant, fodiebantque mucronibus, telis, arundinibus, manibus, &c. Instrumenta sanguine illius & sociorum vnta, idolis consecrata. Su-

*Mors pre-  
dicta.* premim velatis Francisco in vertice impositum: & ille fidem professus illuc emoratus est. Ferunt, olim arcæ cuidam iacubantem Franciscum vaticinatione verâ prædixisse, fore ut olim in odium fidei cæsus in illa conderetur. Euentus veritatem dicti affirmavit.

P.Ber-

P. Bernardus Rens.

Hunc cum adhuc puerum

Hispanas.  
apud Ci-  
cias.

P. Ioannes Vasquez Peruvij.

17.Iulij.  
1629.

Procurator in comitem ad-

aet. 28.  
Soc. 1.1.

sciverat. Vbi etiam ad Socie-

tatem postea est admissus.

Quotannis anniversariâ eius

Vocatio.

die iluce quâilli primò adhe-

serat, positis coram P. Ioan-

ne genibus gratias ei age-

bat, si adesset; per literas, si

abesset. Primus castimoniz-

nator in illo emicuit. Deinde

B.V.

singulare auxilio conser-

vatus. Ad immanem in

America meridionali Ciun-

Coeffia.

ciorum gentem dum tende-

ret, eo ipso tempore quo

religioso Sacerdoti eius iti-

neris comiti, pro mortis,

quam imminentera expecta-

bant, apparatione, ultimum

confidebatur, in valle Apollo,

sagittis vna cum illo, alijs

que confixus est. Tribus iam sagittis saucius, Crucifixum arripuit, & sublatis in Cœlum oculis expirauit. Corda, illius, & aliorum, extracta, & vna cum sagittis combusta sunt. Aiunt illum iam antea prædixisse, futurum ut in fidei odium à Ciuncij cæderetur. Et verò idcirco Societati nomen dederat, ut Christum gentibus annuncians mortem cruentam, glorijsus oppeteret.

P. Gerardus Paësman.

Ijsdem crucis ferreæ atque acutæ, collaris, manicarum, pedicularum aculeis dirè horrentium, ignis lenti, salis & aceti tormentis, quibus Philippus Nottin 14. Iulij narratus, hoc die per horas decem, obtentu proditiosis, et autem verâ odio Catho-

*Crucifi-  
xus.*

*Cer,*

*Vocatio.*

*Belgæ  
Trijeti  
20.Iuly.  
1638.*

tholicæ fidei, ab hæreticis  
cruciatus mortem appetit  
gloriosam, vni post eum &  
Rector Collegij.

P. Jeanes Baptista Boddens.

Ceruissæ coctor quidam, *Belgæ*  
hostiliter quidpiam machi- *ibid.*  
natus, ac tentus, in tormentis  
suggestos sibi à tortori-  
bus (leuamenti & venia  
spe) Patrem Boddens Col-  
legij Rectorem, & socios  
nominatim, dixit conspira-  
tionis esse participes; cum  
tamen ille nec Rectorum,  
nec socios, unquam noue-  
rit, in magno manifestoque  
mendacio deprehensus. Fe-  
cit id ille spe vitæ retinen-  
dæ, certâ eius veniâ illi pro-  
missâ ab ijs qui calumniæ  
confabæ autores erant hære-  
ticis. sed turpiter deceptus,  
ex inopinato cæsus est: id

K 5 quod

quod è Bullonij Ducis nar-  
ratione liquec. P. Ioannes  
Bapt. Boddens per 22. ho-  
ras primūm, deinde per qua-  
tuor alias dirissimè crucia-  
tus, intestino quoque ignis  
vicerumpente, ea passus est  
quæ fusè narrare otium non  
paritur, & calamus erube-  
scit, sed non erubuit impu-  
dens & inhumana hæretici  
furoris sauitia. Diffissa illi  
genua, laua manus emor-  
tua, caput securi abscissum.  
Hæc omnia in fidei Catho-  
licæ odium patrata esse, fa-  
ma publica inter Catholi-  
cos, priuata instrumentorum  
supplicij veneratio, corvora  
honoratè sepulta, Ducis Bul-  
lonij epistola, & denique  
ipse Apostolicus Nuncius  
grauissimè contestatus est, li-  
teris ad Prepositum Genera-  
lem

Iem. 6. Aprilis anni 1642.  
exaratis. Hæreticus Mi-  
nistellus multis egit, vt il-  
los ad perfidiam adduceret,  
sed contemptus est, & reie-  
ctus.

Thomas Nicofori.

Sub disciplina Seminarij  
educatus, multum ante, ac  
post initam Societatem ope-  
ræ industriæque attulit ad  
commoda rei Christianæ  
apud Iaponios. Idcircò exi-  
lium, & ærumnas à suis ci-  
uibus odio fidei illatas susti-  
nuit. Postliminio redux ab  
exilio, Nangasachi flammis  
addictus, & viuus illustri  
morte in igne consumptus  
est.

Iaponi  
Nanga-  
sachi.  
22 July.  
1633.

Fides.

Hispanus.  
in Perua-  
na.

23, July.  
1596.

etat. 53.

Soc. 32.  
Gadauer  
fragrans.

P. Antonius Lopez.

Doctrinâ, sui demissione,  
zeli magnitudine, latè per-  
crebrescente sacerdotiæ fa-

K 6. mā

mā conspicuum Antoniū, ar-  
duis peregrinationibus ma-  
gnas Indis utilitates attulif-  
fe dicunt cùm aliæ, tum anni  
1596. literæ; vbi etiam cle-  
sici, qui frequentes ad eius  
exequias confluxerant, aiunt  
eius cadauer admirabilem  
odorum fragrantiam emisif-  
fe. Epistola verò anni 1609.  
hominis meminit, qui se Lo-  
pecij peregrinabundi comi-  
tem sè penumerò fuisse aie-  
bat. Is ex ore plurium id  
credentium atque affirman-  
tium asseuerabat, veneno  
necatū ab ijs barbaris, quo-  
rum intemperantiā & ebrie-  
tatē, aliaque scelera, è Chi-  
stianæ legis dogmatibus, mo-  
nitor, nunc blandus, nunc  
acrior coarguerat; ab ijs-  
que pro martyre nunc ha-  
beri.

Ni-

Nicolaus Keyan Fucunanga.  
Scholaisticus.

In Seminario per trien-  
nium latinâ literaturâ imbū-  
tus, illam plenâ cælestis ze-  
li facuadiâ nobilitauit. Ea-  
propter à suis ciuibus in-  
scröbem, deorsum verso, &  
asserculis duobus inclusò ca-  
pite, manibus reuinctis, è  
pedibus pendens demissus  
est primus. At Beatissima  
Dei Mater, cuius dulcissimo  
nomini apprimè erat deuo-  
tus, illum istic non semel in-  
uisit; ad sedendum & quie-  
scendum, & suspendiario illo  
supplicio tātisper depositi;  
potu frigidæ indulgenter re-  
creauit; cuius etiam cyathus  
cum aquâ, ipso à vinculis  
absoluto inuento, repertus.  
Interrogatus ecquid ægrè  
sentiret? Respondit; quod

Japan:  
Nanga-  
sachi.  
31. Iulij.  
1633.  
etat. 63.  
Soc. 45.

B.V.

Potus.

Zelus  
Fidei..

Im-

Imperatorem, & omnem lōgē latèque Iaponiam non posset, ita ut optabat, & laborabat, ad Christi cultum adducere: hoc enim uero impensè sibi esse molestum. & luculentā diuinæ Matris beneficiā enarratā, quarto posteaquam suspensus fuerat die in scrobe decessit, cā ipsā luce quā S. P. Ignatij dies augustē percolitur.

## A V G V S T V S.

*P. Franciscus Carrion.*

*Hispanus.  
Ikerak.  
Augusto.  
1590.  
eas. 38.  
Soc. 19*

**I**N Indiam cum Alexander Valignano Visitatore, ac postea in Iaponiam penetrauit; eiusdem iussu primus annuarum Iaponicarum autor, anno 1579. In Scimo insula, & Meaci strenue industriae suæ vires exer-  
cuit,

cuit; & in plurimâ patientiæ segete lœtam sementis. Euā-  
gelice à se iactæ messem vi-  
dit. Expectatam in Regno <sup>Fides.</sup>  
Bungeosi mortem, Firandi  
tādein reperit, vbi postegre-  
gias de impietate reportatas  
victorias, permultis Christo  
lustratis, odia barbarorum  
in se conciuit, & veneno sibi  
clā ab ijs propinato per tri-  
duum cruciatus, multo reie-  
cto sanguine, Ikiuzuki in vi-  
co eius insulæ vitam immor-  
talem, vt bona spes est, no-  
bilissimâ obitâ morte inue-  
nit.

### P. Gaspar Mauritius Serpe.

Sapientiâ orandi, ac la-  
chrymarum dono fuit excel-  
lus, siue cum Deo, siue de  
Deo loqueretur. Vbi occa-  
sio adfuit, rara illi diei hora  
præterfluxit, quâ in cubicu-  
lo.

*Lusitanus.*

*in frica.*

*4. Aug..*

*1578.*

*Soc. 31..*

Io in se non sœuiret admodum aspero aliquo cruciatu . Cruentabat se loris , atque cilicio ; quo ferè semper tenetus , ceu stolâ puritatis , castimoniæ suæ sanctimoniam semper nitidiùs ad maiorem perfectionem euehere nitebatur . Sacras expeditiones obibat pedes , & stipe corrugatâ , mendicabuli ritu . Veste tam miserabili , ac tantâ sui contemptione se vilem ubique haberi optabat , ut in missione quapiâ captus ynâ cum socio , & in custodia detentus per biduum (quòd suspectus videretur) nūnquam vel verbulo aperuerit ecquis esset ; vsque dum alij cum ynâ cum socio agnitum , de Societate Iesu esse dixerent , exclamantibus omnibus præ ingenti admiratione modestia

*Mortif.**Castit.**Itinera.**Humilit.**Patientia.*

stiæ tam constantis. Ut à se <sup>Humili-</sup>  
 amoliretur gubernandi ho-  
 norēm, scripto scipsum de-  
 pinxit tēterrīmis quibus po-  
 terat coloribus; & eas li-  
 teras Præposito Prouinciali  
 misit: nihilominus tamen,  
 Eborac College, & Vlysses  
 ponæ Domui Professæ fuit  
 Præpositus. Etiam cùm post  
 P. Ludouicum Gonsaluium,  
 Regi Sebastiano à confessio-  
 nibus effet, ibat ad aulam  
 cultu obsoleto. Henrici au-  
 tem Cardinalistunc pro ne-  
 pote regnantis confessiones  
 audire libere detrectauit; ne-  
 gans id se posse, quādiu istic  
 Ecclesiastica libertas in ve-  
 stigalibus pristino vigori nō  
 restitueretur. Se inconscio  
 ea vestigalia Ecclesiasticis  
 esse imposta dixit Cardina-  
 lis; & actis Gaspari gratijs  
 rem

Pamper-  
tas.

Aula.

Confessa-  
rius.

rem correxit. Cum Rege  
in Africam inuitus discessit;  
& sociorum cuidam prædi-  
xit, extremum id sibi esse  
quo eum videret. In Afri-  
ca belli alea infeliciter ce-  
cidebat. Patres capti; sed ser-  
uati, & ex postea redempti.  
Sebastianus Rex desideratus  
est, viuusne an mortuus, in-  
incerto fuit. Gaspari parce-  
re noluit Maurus vitor,  
quod illum (in flagranti, ut  
vocant) saucio militi pecca-  
ta confitenti aures rite Ca-  
tholico dantem deprehen-  
disset. Eapropter eum ca-  
nem Nazareum compellans  
quid iste impietatis ageret  
interrogavit; & simul ei aci-  
vace bifariam caput fidic.

*P. Antonius Bellaria.*

Tam in Sicilia, quam po-  
stea in Brasilia floruit opi-  
nio-

*Italus.*  
*Pernambuci.*  
4. Aug.  
1633.  
aet. 41.

nione Sanctimoniae singularis, mira etiam quædā operatus. In prælio, in quo ille inermis Lusitanis contra hereticos pugnantibus sacram industriam nauabat, glande faucius, cùm nihilominus Lusitano militi lacio confiti aures preberet, ab hereticis in opere quod iij de testantur deprehensus, aliquot in capite guttulaque acceptis vulneribus, mortem oppetit. Fuit vir tantā modestia suavitate amabilis, ut ea quæ in illius mente, atque carne inerat integrissima virginitas, in vultu etiam religiosè composita, & castigatis ad omnem puræ modestiæ normam oculis legeretur.

*Fides.**Castit.**s. Aug.**Gallus,**incerto**die**1643.**ætat. 35.**Soc. 2.**Renatus Nonitus.**De hoc, datis s. Aug. 1643.**li-*

literis P. Isaacius Logues  
 ait; securi trucidatum, cùm  
 SS. IESV nomen ingemina-  
 ret. Laudat illum à simili-  
 citate, incredibili dolorum,  
 patientiâ, innocentia. Plu-  
 res menses in tyrocinio So-  
 cietatis cū laude posuerat,  
 inde ad Hurones missus, vt  
 Christianis opitularetur ar-  
 te chirurgicâ, quâ præstabat.  
 Stupenda sunt quæ valet cum  
 P. Isaaco tulit à dicens illis  
 Barbaris. Occisus est senis  
 cuiusdam iussu, quod eiis  
 nepotis fronti visus sic digi-  
 to signum sanctæ Crucis im-  
 primere. atque hanc necis  
 fuisse causam prodidit ipsa  
 Mater pueri quem signarat.  
 Vocat illum magyrem obe-  
 dientiæ, fidei, & Crucis.  
 Aliquando visus sibi est cur-  
 rere post illum cælo iam re-  
 ce-

Fidei.

ceptum; conspectis admirandi splendoris templis.

P. *Matthias Burnatius*.

In Scholis, & Seminarijs, inuentutis ingenium ac mores aptè formabat, sed animos ad fidem fruge inque longè apertissimè in ijs quas passim habebat sacris expeditionibus per Bohemię missiones: in quibus multos orthodoxæ veritati addixit; ea propter à rusticis hæreticis irruentibus, & Sacerdotem se ad supplicium quærere vociferatis, capite vulneratus, furcâ fossus, glande plumbeâ de sclopo missâ confitus est.

*German.*  
*in Bohemię*  
*missioni-*  
*bus.*  
9. Aug.  
1629.  
Soc. 40.

*Fides.*

*Augustinus Ora. Novitius.*

A Bonziorum institutione anno 15. ætatis ad Christi disciplinam transiit. Cambioënsi ædi sacræ aliquandiu ser-

*Iapon*  
*Ikonisci-*  
*me.*  
10. Aug.  
1622.

*Fides.* seruiuit; & Sacerdotis (cum abesset) vices, quā licuit, populo in fide confirmingando, suppleuit. Nangasachi uxore mortuā viduis, operam suam Societati addixit, fidelis catechista, & operarius impiger. P. Camilli Constantij comes, in carcere Ikinoscimano Societatem à Preposito Provinciali per litteras impetravit, à Camillo commendatus atque admis- fusi; & postridie in fidei odiū cedendus, vota de Societatis more, concepit. Camillus flammis, Augustinus ac socij securi cecidere, corpore in mare abiecto.

*P. Matthaeus Grimes.*

Magnā impigritate, periculorumque contemptu in Anglia sagax, & ad sacras operas planè factum inge- nium,

*Gallus.*  
*Londini.*  
ii. Aug.  
1650.  
atq. 42.  
Soc. 18.

nitem, diu exploratorum solicitem exercuit, & elusit. Tandem in suspicionem, quod Sacerdos Catholicus esset, vocatus, per plures menses in custodiâ tentus, ibi ærumnis ac situ consumpius est: latus quidem quod in causâ tam nobili, sed ad cœntram eadem de causa morrem desiderio toto impensè anhelans.

Fides.

*P. Jeanne la Garde.*

A sexto tirocinij sui menfe ad undecimum usque in Societate, id est postremum, annum, nullâ mentis inconstantiâ inter orandum vagatus est: animo mirificè in Deum semper intendo. Castissima in moribus eius trâquillitas ac suauitas elucebat, nullo fuso obscurata, nullâ commotuculâ perturbatur-

Gallus.

in paga

S.Rian.

15.dug.

1622.

etat. 27.

Soc. II.

Oratis.

*Humili-  
tas.*

tuibata . Hebreæ linguae , Theologiæ , atque concionum habendarū peritiâ cùm esset insignis , tamen in missione socius alterius erat biénio; ac omnes naui optimique Coadiutoris partes implebat ; patientiâ nullis aduersis domitâ, & promptâ horarum omnium interuallis . In naui Gallicana rem animarum solerter agens, obseruârat noctu , quòd veneficus quispiam nauicadem veheretur . Ergò ne pestis illa rectæ fidei moribus , ac saluti reliquorum officeret, apud magistratum enixè id egit, perfecitque , ut veneficus pelleretur ; quippe è libris, circulis, ac vſitatis artis diabolicæ instrumentis comprehensus . At magus vindictæ cupiditate furens, carmen

*Zelus.*

men impium noxiūmque *Mors per  
in aures Ioannis pronuncia- aures.*  
uit; & è naui excessit. Inde  
concepto quod magis ei af-  
flārat veneno Ioannes vel eo  
nomine lētus occubuit, quōd  
ob exactam è triremibus in-  
uisam Deo, noxiā anima-  
bus illam pestem, in causa-  
tam bona occumberet. Ioan-  
nis epistolā affectæ corporis  
parti admotā se consanuif-  
se sanctimoniālis quædam  
persanctè ac indubitanter te-  
stata est.

P. Antonius Vasconcellus.

*Nouitius.*

Illustri domo natus, & *Lusitanus*  
*Eboræ Sacræ Inquisitionis* *Goꝝ.*  
*Deputatus, ut vocant, in-* *16. Aug.*  
*tegritate magni exempli fuit* *1633.*  
*spectabilis. Inde voto se*  
*obligauit fidei propagandæ,*  
*&, si liceret, fuso etiam san-*  
L gu-

*S.Xauerius.*

guine confirmandæ. S.Francisco Xauerio velut prototypo vtebatur, eiusque setari vestigia vnde quaque optabat, Societate quoque flagranter petitâ, sed nondum impetratâ; quod & virtute & authoritate suâ plus posse in eo in quo erat generalis per Indiam Inquisitoris munere pro Ecclesia crederetur. In India per accuratè Inquisitionis munus cùm ageret, quidam ad illud tribunal accersiti sunt, qui à Iudice tam incorrupto suis fortunis, existimationi, adeoque capiti, metuebant. Ergo cùm donis eum corrumpi haud posse scirent, porrecto veneno morbum illi mortemque in causa defensæ fidei consciuere. Quare, qui hactenus viua imago

*Fides.*

go Xauerij totā imitatione  
esse contendit, optauit etiam  
in eadem cum illo Societate  
mōri, in qua viuere, quan-  
tumvis id flagitanti, haec terus  
non dabatur. Tandem eum  
id iterū atque iterū pe-  
tentem Aluarus de Tauares  
Goanus Prouincialis, admi-  
sit: & ille, toxico gliscente,  
*Confes.* in viscera, religiosè decēssit.  
Quotidie conscientiam con-  
fessione perpurgabat; diuino  
sacrificio per tres horæ par-  
tes operabatur; duas horas  
orationi dabantur; duobus de So-  
cietate sacerdotibus ad arā  
operatis ministrabat; diuinū  
officium, ac Deiparæ rosariū  
de genibus exequebatur; bis  
*Oratio.* quothebdomadis flagris, &  
cilicio perpetuo corpus ma-  
cerabat; liberalis in ærumno-  
fos, sanos, & ægros.

*Mortif.*

*P. Emmanuel Borges,  
& socij duo Nouityj.*

*Lusitanus.  
Nangasachi.  
16. Aug.  
1633.  
Etat. 53.  
Soc. 33.* In Iaponia Nangasachi dum ab anno 1612. rē Christianam procuraret, postea quām s̄x p̄e latuit, & eos à quibus ad mortem quarebatur barbaros euasit, post anni 1614. exilium redux, 13.

*Fides.* Augusti depresso in foueam capite suspensus est; & hoc demum die gloriosum agnem confecit. Et cum illo etiam

*Ignatius Xindo. Nouitius.*

*Iapon.  
16. Aug.* Ariyensis ortu in Iaponia, Adriani gloriosi vi- ri in fidei odium cæsi, filius. &

*Josephus Reomuy. Nouitius.*

*Iapon.  
16. Aug.* Fingensis. Hi duo è Seminarij disciplinâ socij Patribus, etiam in exilio, & reditione, adhæsere; Socie- ta-

tatem demum amplexi, &  
breui capti, eadem cum  
P. Emmanuele Iaponice fos-  
fæ ac suspendij morte affecti  
funt.

P. Ioannes Bathæus.

In patria vnâ cum germano suo Sacerdote communem hæretici furoris torrentem sensit. Etenim hæretici vtrumque hunc esse Catholicum Sacerdotem certiores redditi, & quidem Ioannem etiam Iesuitam, magnâ exultatione prædam nobilèm in fœrum abripiuere, stipibus alligauere, ac vtrumque plumbeis scloporum glandibus traiecere; Catholicis Sacerdotes suos in fidei hæreticis exosæ odium sic tractari gementibus.

Hibernus.  
Pontanae.  
16. Aug.  
1649.

Fides,

P. Nannius Riberius.

Ditino vocatu, & magno

L 3 Gon-

Lusitanus.  
in Amboi-  
no.  
22. Aug.  
1549.

*Vocatio.**Fides.*

Gonsalui Silueri<sup>ç</sup> pro incun-  
da Societate cum consan-  
guineis gloriose certantis  
exemplo animum ad Socie-  
tatem adiecit. Per iter in  
Amboinum sexcentos circi-  
ter, in Ambojno verò plus  
quam duo millia capitum  
Christo adiunxit; Saracenis  
odio capropter in eum ac-  
censis adeò ut eam in qua  
habitabat domum igne cir-  
cumdarent. At Nunnus il-  
lo defunctus periculo, mari  
postea ferè ad naufragium  
ysque iactatus est, cùm semi-  
nudus à fluctibus in scopulos  
ageretur, allidereturque ca-  
pite atque corpore toto la-  
cer. Ita reptabat per triduū,  
cùm se haud posset erige-  
re totus attritus. Sæpè vt  
pauperes tegeret, vester suas  
exuebat. Saraceni ci qui  
Num-

Nunnium trucidaret pro sce-  
leris pretio præmium præsti-  
tuere . In festo Assumptæ B.V.  
Dei Matri, cùm in eiusdem  
æde sacra , quam ipse erexe-  
rat , diuinum sacrificium ce-  
lebraret , singulari exulta-  
tione redundans cecinit ;  
*Gloria in excelsis Deo* ; ta-  
methi sacrum illud legeret ,  
non cantaret . Et eodem  
die se se in eius venas la-  
tiùs fudit venenum , illi à  
fidei hostibus iam antea pro-  
pinatum , quo demum contabuit . Verùm licet con- *Zelus.*  
cursare , pro more , iam non  
posset viribus fractus , & mor-  
ti propè admotus , in lin-  
teq circumferebatur etiam  
extremo vitæ die concio-  
nabundus ; ac singulis attem-  
petatè pia monita suggere-  
bat .

*P. Petrus Michaël Bril-  
macher.*

*German⁹.*  
*Mogūtia.*  
25 Aug.  
1595.  
*etas. 53.*  
*Soc. 37.*

*Fidess.*

Cùm quà voce, quà libris typo editis h̄ereticos ad silentium vsque compelleret, propinatum ei ab illis venenum est, quod nullis planè pharmacis domari ac vinci potuit. Vir fuit magni animi, linguarum peritus, felicis eloquentiæ in conuersione multorum; apprimè charus Principibus, & humilitate ac humilitate prorsus eximiâ.

*P. Michaël Caruatlinus.*

*Iugitanus.*  
*Omura.*  
25 Aug.  
1624.  
*etas. 47.*  
*Soc. 27.*

*Oratio.*

Olim puer Isaacum egerrat in theatro, vt suæ morti præluderet; ad quam per magna pericula virtutesque peruenit. Aliquando biremi fractâ, natatu euasit ad littus. Omnes quæ ad spiritum attinent functiones, flexis

xis genibus obibat. Diuino  
 sacrificio celebrando se per *sacrum*  
 horam solidam præparabat,  
 & aliam horam integrum  
 dabat reddendis gratijs.  
 Beatissimæ Dei Matri reli-  
 giosè addictus quotidie se  
 cædebat, cilicio quâ è setis  
 recto, quâ ferreo persæpè  
 accinctus. In Iaponia grumne  
 illi in dælicijs, maximè cùm  
 per menses tredecim in car-  
 cere se videret; quo tempo-  
 re incredibili martyrij de-  
 fiderio tenebatur, optabat  
 que pro Christo particula-  
 rim incidi. Ibi quoque duos  
 excubidores ad Christum  
 conuertit. Ad mortem du-  
 ctus, crucem ipse portauit,  
 cum socijs psalmos canens.  
 Primus ipse palo altigatus,  
 & cum illo religiosi alijs plu-  
 res, atque omnes dum arde-

B.P.  
Mortif.

Fides.

L. 5. rent

*IESVS* *MARIA.* *rent IESVM & MARIAM*  
*pronunciauerē, atque vixē-*  
*re:*

*P. Michaël de Vrrea.*

*Hispanus.*  
*in Perua-*  
*na.*  
*apud*  
*Ciuncas,*  
*28. Aug.*  
*1597.*  
*etat. 42.*  
*Pauper-*  
*tas.*

*Mortif.*

In Peruuum anno 1585.  
 traiecit : duo gentis idioma-  
 ta confessim perdidicit . Re-  
 citoris officium cum lachry-  
 mis deprecatus , paupertatis  
 impensè amans, angulum  
 pro cubiculo habuit, quod  
 illum vix caperet , atque in  
 quo ob loci humilitatem,  
 erectus stare non posset. Re-  
 liquarū virtutum diues cùm  
 esset , super alias ditior fuit  
 seuerâ in se asperitate, ac hu-  
 militate. Cibis illi herbæ, ac  
 radices ; lectus in farmentis ,  
 quotidiana & cruenta flagel-  
 latio . nulla humana solatia  
 in ærumnis. Anno 1596. ad  
 Ciuncas primus è Societate  
 destinatus, quotidie se cruē-  
 ta-

tabat, alijsque corpus mace-  
randi modis animū excole-  
bat, parabatque arduæ illi  
expeditioni. Ciuncarum fi-  
nes per asperrima montium,  
fluminum, siluarumque in-  
gressus, *Te Denum laudamus*  
Deo dixit; ynicus in illa bar-  
barie; quæ tamen est vrba-  
ni vt cumque genij, & capa-  
cis ac non inuiti ad meliora,  
sed æ quo retinentioris vete-  
rum superstitionum, quas  
exuere rarum atque perdif-  
ficile est. Auis, idolum ver-  
sicoloribus pennis variis,  
illis erat in pretio atque cul-  
tu. Illud quia deiecit Mi-  
chaël, displicuit etiā illi Dyn-  
astæ à quo præcipue ama-  
batur. Eam ob causam Ca-  
ciquij ligneis acinacibus il-  
lum, alter profundè in ca-  
pite, alter in facie, vulne-

*Avis ido-  
lum.*

*Fides.*

*Mors.*

rauit: vnde mors breui consecuta; illo interea pro ijs orante à quibus fuerat sic concisus. Affirmauere indigenæ, motam postea terram fatiscentem in rimas, cuerfis nonnullis prædijs; & vi fa perfepè lumina, quæ nocte intempestâ tumulo incubabant, fusō plurimo circumquaque splendore; atque nebulâ nonnunquam inde surgente, ac se per eam regionem expandente. Eum qui eius ossa exarare parabat, nebula inde repente prorumpens absteruit. Sicarij comedentes plerique à leonibus, atque tigridibus è lacu erumpentibus discerpti: superstites alij, qui fugâ fibi consuluerant, odio ab alijs habiti, lapidibus appetiti, deinde in vicō suo leprâ pesti-

stilente absumpti suat; adçò  
vt nemo iam eorum qui ne-  
cis autores fuerant superef-  
set. Corpus tandem hono-  
rificè translatum est.

P. Jacobus Antonius Gianno-  
nius.

Illibatæ virginitatis ad  
mortem vſque fidelis eustos  
præclara illius documenta  
præbuit contra eos à quibus  
tētabatur. Literis è Iaponia  
lectis mortis cruentæ pro  
fide oppetendæ desiderio  
accensus, vt eò eâ de causâ  
proficiſci posset, Societa-  
tem petiit: atque illâ impe-  
tratâ breui Goam, & Macaū,  
denique in Iaponiam appul-  
sus est. Literæ illius plenæ  
erant desiderio, vt in mille  
frusta discerperetur. aiebat  
autem; se martyrium non  
desiderio tantum, sed spe-

Italus.

Xamaba-  
ræ.

21. Aug.

1633.

etat. 56.

Soc. 37..

Vocatione.

quo-

quoque complecti. Ab apparitoribus, post felices istic ab anno 1609. labores, & cauernas clam habitatas, tētus, vincitus, circumductus, præcone præeunte, proborum plenus, at latus 25. Augusti foueæ suspendio addictus, è pedibus pependit; usq; dum 28. Aug. optato agone cursum consummauit.

*Ioannes Guindora,  
ſeu Kidera Coad.*

*Iapon.  
Xamata-  
ra.  
23. Aug.  
1633.*

Cum P. Iacobo Antonio Giannonio longis canceris incommodis maceratus, ferro in manibus pedibusque onustus, præcone præeunte, asino insidere iussus, & circuuectus, post ludibria in foveam capite prono suspensus, hodie deum legitimè certandi ac viuendi finem fecit fortiter moriendo.

*P. Brian-*

P. Briantus Gansfeldus.

Odio sui, & contemptione, Catholicisque apud Anglos laboribus fuit egregius. Inter celebrandum sacram deprehensus, & ad Iudicem in sacrificali veste, inde ad carcerem, abreptus, ibique pessimis modis habitus, cum existimaretur Iudicis vxorem ad fidem Catholicam conuertisse (quæ tam non illius, verum alterius de Societate Patris operâ Orthodoxâ fidem agnoverat) errore postea drecto dimissus ille quidem est, at earum perpetuâ ærarium valetudine adeò quasitâ, ut uno ferè post mense diem extre-  
mum finie-  
rit.

Anglus.  
Eboraci-  
Augusto-  
1643.  
stat. 65.  
Soc. 39.

Fides.

SE.

## SEPTEMBER.

Iapon.  
Nangasa-  
chi.  
3. Sept.  
1632.  
at. 63.  
Sec 43.

Fides.

Mortif.

P. Antonius Iscida. Pintus.

**P**Hilosophiâ, & morali Theologiâ in Societate eruditus, eâ quâ pollebat discendi facultate per diligerter ad Iaponiæ suæ salutem vtebatur, magno suo periculo, sed non minore animarum fructu. Anno 1629. tentus, religiosū sacerdotem se esse confessim confessus est. Spes illi certa vitæ obligata, si Christo nuncium remitteret: sed ille vitæ priùs quam Christo nuncium remittere se paratum: esse aiebat. Ferrum eius collo, pedibusque circumdatum, & indicta disputatio; in qua viator, cum tribus ex inclyta S. Augustini familia Patribus in custodiam detrusus,

ibi

ibi orandi, corporisq[ue] affi-  
ctandi exemplis alius alium  
accendebat. Is interea qui  
eum prodiderat, miserâ mor-  
te interiit. Sic illi annus non  
vnum ductus inter carceris  
molestias, cùm semper ades-  
sent qui eum identidem ad  
fectas Iaponicas inuitarent.  
at ille incassum aiebat secū-  
agi: Christi se esse, ac fore:  
agerent, cruciarent, occi-  
derent. Ad minas respon-  
debat: se ultra minas etiam  
supplicia expectare; ac velle  
se cum illis certare, vtra pars  
priùs, illinc poenas irro-  
gando, an ipse irrogatas fe-  
rendo deficeret. Alios ex  
alijs cruciatus in hebdoma-  
das, menses, annos accer-  
serent, & mortem lentam  
extenderent: hoc se in cau-  
fa Christi cupere, hoc ex-  
pe-

*Fides.**Magnus  
animus.*

•

pectare , vt sentiat se mori .  
Nec fortius dixit quam fecit. Anno 1631.4 Decembris  
aquis sulphureis variè cru-  
ciatus , suspendebatur , iun-  
cturis vnde quaque vi dirâ  
extensis , & scapulis aquâ  
bulliente perfusis . Quo re-  
rum articulo cùm illum sui  
ciues iterum ad defectionem  
lacerarent, atque vt Imper-  
atoriae voluntati obedien-  
ter annueret, seque verè Ja-  
ponem esse ostenderet, inui-  
tarent ; his nihil motus , &  
(quod omnes stupuere) ab  
aqua nihil adustus est. Ita  
per dies 30. nouis & semper  
varijs læuitiæ artibus tortus,  
iterum carceri redditus , de-  
mum hoc die lento igne  
combustus est, victima glo-  
riosa .

Est qui hoc die anno 1645.  
col-

collocet P. Petrum Romerum,  
de quo nos 22 Martij. Is post  
egregios annorū 34. labores  
eo quē dixi modo cæsus est,  
quia à vafro homine pro cō-  
cione coram populo accusa-  
tus, quòd nouam fidem pro-  
mulgaret, viros à concubīnis  
abduceret, morum licentiam  
ad Christi leges adstringe-  
ret. Hæc in eum cùm dice-  
rentur; Petro horas canonici-  
cas recitanti, & eorum in-  
conscio, Breuiarium san-  
guine immaduit; cuius ille  
causam reperire non po-  
tuit. Cæsus est cùm ad  
aram iret sacris operatu-  
rus. Guiraquerius eius  
proditor fassus est (vt iurati  
testes affirmant) necem il-  
li odio nouæ fidei, & amore  
Iaponicæ superstitionis illa-  
tam.

P.Tho-

*P.Thomas Tzngi.*

*Iapon.  
Nangasa-  
chi.  
6. Sept.  
1627.  
et. 56.  
Soc. 38.*

*Fidei,*

*Oratione.  
Mors.*

Cùm pro re Orthodoxâ  
præclarè apud suos Iapones  
satageret gratâ dicendi af-  
fluentâ ut disertus ita impi-  
ger, ab ipso diuino sacri-  
cio peracto in custodiam de-  
trus , multifariam à suis  
blandè fenerèque tentatus ,  
effusâ quantâ maximâ pote-  
rat, felicis facundiæ copiâ se  
ignibus pro Christo deuoue-  
bat.Cum duobus suis comi-  
tibus ad flamas damnatus,  
post sudores genti suę 34.an-  
nis laudatè impensos, in ignis  
medio de Christi patientis  
tormentis,ac de fide Catho-  
licâ magno verborum pon-  
dere perorabit. mox voce in  
cantum flexâ; *Laudate Domi-  
num amnes gentes;* cantauit:&  
inter canendum extinxus  
est. Illud admirabile, ac Ia-  
po-

ponibus & Lusitanis testibus  
luculentis (qui ipsi adfuere,  
ac rem accuratè oculis lu-  
strauere) exploratum est;  
pectus mortui P. Thomæ vl-  
trò apertum dissiliisse; & ex  
illo visam egredi rubram,  
flammam, quæ sursum in-  
celum sublimis volatu igneo  
splendens abierit, eorum-  
que qui hęc spectauere Chri-  
stianorum corda mirè ac-  
cenderit.

*Ignis pe-  
ctoris.*

P. Stephanus Pongracz.

Aluinciensis domo, Phi-  
losophiæ Theologique stu-  
dijs in Societate perfunctus,  
septem annos posuit in iu-  
uentute Rhetoricis, alijsque  
disciplinis erudiendâ. Tum-  
scholis, & conuictoribus prę-  
fuit; & ad populum pro di-  
dignite dixit. In Casso-  
uiensi hereticorum turbine  
vnà

Hunga-  
rus.  
Cassouie.  
7. Sept.  
1629.  
etatis 40.  
Soc. 18.

vñà cum P. Melchiore Grodecio Silesio, ac etiam Marco Chrysino Strigoniësi Canonico, Cassourię quinquā, sextā, & septimā Septēbris die domo prodire prohibitus, triduum illud sínè cibo, ac potu duxit tam ipse quām socij fame magnā, sed siti maiore, vexati. Nam obtrusas sibi feriā vi. & Sabatto carnes non admisere; ne apud rudes id esset indicium quod minis, promissione cessissent, ac fidem orthodoxā, cum Caluini sectā commutassent. Cūm Canonicus ab hæreticis ad deserendam fidem Catholicam spe bonorum illi transcribendorum inuitaretur, Stephanus eum qui ea nunciabat Caluinistā disertè dixit mali dæmonis fungi officio; certum sibi ac

10.

*Fides.*

socijs esse , in Ortodoxa fide mortem præ fortunis vitâque habere . Cùm Caluinitæ moriendum illis continuò esse dicerent , & causam eius sententiæ rogarentur à Stephano ac socijs , respondêre : *Quia Paptista estis.* Hac verò de causâ , se ac socios mortem libeatissimè oppetituros dixit Stephanus ; & nudato collo ceruicem exporrexit . Septimâ Septembribus coorto tumultu obuius è cōclavi progressus Stephanus rostratâ clauâ ferreâ ( bozogány vulgo dictâ) valido iactu in pectore percussus , prostratus est . Mox illi caput fune circumactum , tantâque vi compressum , ut mortuus crederetur . Tota illa nox in cruciatibus diris acta , tenerimis quibusque corporis pa-

partibus intra bombardarū rotas contortis. Cruciatus etiam est singulis digitis , gallo sclopi, ut vocant, subiectis , & pressis ; cùm aures negaret promittentibus libertatem atque honores , si vel verbulo edito ad Caluni parres transiret. Iterū id, iterūmque contentissimo studio cùm negaret Stephanus, dixerē illi; se verò eum ad id tormentorum vi compulsuros. Mox illi vstulatū latus , usque dum propè esset exanimis . Præterea constat P. Stephanum, cùm iam pluribus vulneribus lacer iaceret , ac se à vicino Catholico (à quo hæc habemus) audiri aduerteret, vicino illi ad retinendam perseueranter fidem Catholica autorem fuisse, ac hortatorum,

rem, quicquid in re tam nobili ingrueret tormentorum. Age, aiebat voce quâ poterat, & te bonum Christi militem præbe:iam ego ad cœspectum dulcissimi IESV hinc euolo. Eorum sanguis muris, & sicarij vnius vesti aspersus, diu recens apparuit quâ erae fusus, neque abstergi potuit. Ioannes Laios Caluinista, prefectus fuit carnificum; à quibus Stephanus & duo socij in latrnam demū deiecti sunt vulneribus cooperti; sed postea inde extracti, Catharinâ Palfiâ Proregis Forgachij cōiuge à Bethelehem id impe trante. Reperta sunt capita obtruncata, facies concisæ, latera usque ad costas fœdum in modū exusta. P. Stephani digitus ab illa reli-

M gio.

giosè, at priuata in venera-  
 tione, seruatus . Corpora  
 Tyrnauie, apud S. Clarę San-  
 ctimoniales in Deiparæ Af-  
 sumptæ sacra æde, sunt con-  
 dita . Auditos ibidem à re-  
 ligiosis illis Virginibus ad  
 illa corpora cantus Angelico-  
 cos, ad P. Ioannem Rumer  
 Austricæ postea Prouinciale ,  
 scripsit P. Daniel Vafarhe-  
 lyi ; affirmauitque , id Vir-  
 ginem alijs Præfectam para-  
 tam esse iuratis testibus co-  
 firmare: ad hæc; eadem cor-  
 poræ nec alibi sine miracu-  
 lis iacuisse . Aliunt etiam  
 nonnulli , corpora è latrinæ  
 serdibus cruea suavi odore  
 fragrassæ ; ac hæreticum  
 quendam dixisse , auditum  
 à se fuisse concentum Ange-  
 licum ad illa corpora tunc  
 adhuc in cloaca iacentia .

*P.Ed-*

P. Edmundus Arrousmithanus

Huius doctrina hæreticis silentium sæpè imposuit. Caput, in ipso carcere unum convertit. Scripto illi obiectum, quod Sacerdos, quod Iesuita, quod seductor esset; quippe qui dixerit: Extra Romanam Ecclesiam neminem saluum fore. Duo restes adfuere qui cum sibi Catholicæ fidei amplectendæ authorem fuisse ac suo forem testati sunt. Ideò capitulum damnatus, caput, suspensi, & in frusta secari iussus est. Ter in scalis flentis genua: Dulcissime IESV, inquit, tibi vitam hanc meam in meorum satisfactionem peccatorum ultrò denovo. Tunc ei quem in mortis tempora usui sibi futurum conscriperat libello legendo intentus,

Anglus.

Lanca-  
shire.

7. Sept.

1628.

stat. 43.

Soc. 5.

Fides.

Mors.

M - 2 pre-

*Disce ad  
mortuo.*

precabatur : & à Prædicante  
(ut vocant) seu concionali  
hæreſeos ministro , ad hære-  
ſim inuitatus , illique ſeuerè  
respondens , Catholicos ad  
magnanimam perſeuerañiā  
hortabatur . Cæſus , Ambro-  
ſio Barlo ord. S. Benedicti re-  
ligioso Sacerdoti , earum  
quæ agebantur rerum incon-  
ſcio , adeòque abſenti , poſtri-  
die ſpectabilis adfuit , & di-  
ſertè dixit , quām bene ſecum  
effet ad tuum Lancastriæ . Ea-  
dem illum manere ibidem :  
pergeret porrò , ſatageret  
pro fide Catholica . id quod  
factum , Ambroſio pari mor-  
tis gloriâ Edmundum ſecuto  
ibidem 20. Septembris an-  
no 1641. Fama eſt , idem  
ab Edmundo eidem prædi-  
ctum Lancastriæ in carce-  
re , cùm iſtic Edmundum  
Am-

Ambrosius extremum ini-  
seret.

P. Melchior Gredecins.

Hic vñà cum P. Stephano  
inter Apostolicos labores  
versatus Cassouix, pari cum  
illo morte à Deo est postri-  
die honoratus. Sicariorum,  
sive carnificum, vñus, cùm  
aspergam Patrum Stephani,  
& Melchioris sanguine suam  
vestem arte nullâ posset elue-  
re, aliam induit: verū &  
in illa, non secus ac in ea  
quam exuerat, cruentæ san-  
guinis maculæ conspectæ  
sunt, quicquid illam perlue-  
ret.

P. Carolus Spinola, seu Iose-  
phus à Gruscam octo socijs.

Heros hic fuit illustrissimi  
sanguinis, & virtutis. In  
Lusitanico itinere ab hæreti-  
cis Anglis capti⁹ abuectus

Silesius.  
Cassouie.  
8. Sept.  
1619.  
etat. 35.  
Soc. 16.

Sanguis.

Italus.  
Nangas-  
chi.  
10. Sept.  
1622.  
etat. 58.  
Soc. 37.

in Angliam; inde liber, in  
 Lufitaniā, Indianam, Iaponiam  
 appulsus est. Meaci septennio  
<sub>Charitas.</sub> minister fuit Collegij, chari-  
 tate tantâ, vt quos eâ incendi  
 yolebat P. Franciscus Pace-  
 cus, ijs author fuerit vt cum  
 Carolo frequenti consuetu-  
 dine vterentur. Familiare  
 illi fuit Beatissimam Virgi-  
 nem nouies verbis Angelicis  
 salutare, in honorem nouem  
 mensium quibus Christus in  
 eius vtero habitauit. Paruulo  
<sub>Zelus</sub>  
<sub>anum.</sub> animam in campis agenti  
 aquam è strophiolo in caput  
 dissimilanter expressit, eum-  
 que baptizauit, & paruulus  
 breui animam expiatam edid-  
 it. Ea res Carolo tanto so-  
 latio fuit, vt id vnicum to-  
 tius suæ Iaponicæ nauigatio-  
 nis & laborum abundè ma-  
 gnum pretium sibi esse sic  
 te-

testatus. Cùm valeret, no- *Noctu.*  
 cibus propè singulis ( nec *Mortis.*  
 raro ad sanguinem usque) se  
 verberabat. Fructus laponi-  
 cos cùm magnoperè appete-  
 ret, per plures annos non  
 gustauit: postea tamen ius- *Mensis.*  
 sus, obtemperauit. Quotan-  
 nis per mēsis unius inter-  
 vallum se se recipiebat ad  
 silentium exercitiorum. In  
 sæuissima contra Christianos  
 persecutione, sub *Iosephi à*  
*Græce nomine* occultus la-  
 tuit ad opitulandum Christi  
 fidelibus: & iniquissimis li- *Fides.*  
 vēt illis temporib[us] quinque  
 millia capitum baptismō lu-  
 stravit. *Tatidemq[ue]. Decem-*  
 bris anni 1618. Omnis abre-  
 ptus est in dato crema in colle  
 ventis & omnibus cœli ipi-  
 rijs peruerso, angustum, co-  
 que multifariam exrumbo;

14. Dec.

sum; in quo adeò angustè  
 sunt habití Carolus, & socij,  
 vt singuli integrum trium  
 palmorum spaciū non ha-  
 berent. inde illis tot cruxīq;  
 vt singuli corporis sensus  
 suos quisque dolores habe-  
 ret quibus affligeretur. Ad  
 somnum extendere sc̄ non  
 poterant; cibus nunquam  
 eximebat famem, sed mor-  
 tem tantūm arcebat. Diui-  
 num tamen sacrificium, quod  
 Carolus quotidie celebra-  
 bat, vim animi ei tantam  
 addebat, vt diceret, sibi  
 ergastulum illud paradisum  
 videri; licet in æstate diurnis  
 nocturnisque sudoribus ma-  
 deret, hieme autem frigore  
 acerbissimo gelidus rigeret;  
 vt taceam odorem teterri-  
 mum, & vermes, aliasque  
 fôrdes humani corporis in-  
 situ,

*Sacrum.*

fitu, squalore, atque putredine. In quadragesima, *Mortific.*  
 omnes quotidie bene longam verberationem instituebant. Sed & alias, extra festos dies idem agebant quotidie; MARIA No *B. V.*  
 que officio, praeter pensum canonicum, quotidie recitato. 4. Nouembris 1620. 4. Nov.  
 S. Caroli deprecatione acris illum febris, nullâ medici ope, deseruit, redditum sanitati. Cùm ad supplicium vocarentur, psalmos unā, cum dulcissimis lachrymis cecinere. In loco supplicij triginta millia Christianorum qui affuxerant sunt censa. Columnis alligati stetere per horam, antequam ignis subderetur, & Carolo incipiente, læti cecinere:  
**Laudate Dominum omnes gentes.** *Oratio.*

*Oratione.*

tes. Cum iam lentus ignis arderet, duo Iapones facti sunt fidei desertores. Et cum Carolus flens ante predixerat; non omnes ex conuenero coronam accepturos esse manibus Angelorum. Scintillæ quædam è rogo impectus Caroli aduolâcant, cique adhærescebant. unde ille primus corruit lento illo igne extinctus, securis reliquis. Omnes de Societate fuere octo: ex Ord. S. Dominici item octo: Minoritæ quatuor: triginta alij Christiani. Prædixerat Carolo P. Bartholomæus Riccius, illum in Iaponia fidei odio occidendum. Orandi signo domi audito, statim ingenua se abiecibat, nec surgebat usque dum hora etfueret. Eos qui in Christi odium

odium de Societate sunt occisi, nominatim singulos annotabat, & priuatâ religione quotidie illorum opem exposcebat. Cusi sunt à Spindlarū familiâ inclyts & facilitoribus & opibus orbi norâ, nummi cum imagine Caroli conflagrantis . Socij P. Caroli ea in morte füere cibis.

*P. Sebastianus Quimura.*

Fuit hic primi qui in Iaponia Christum agnouit nepos, ex illustri plurium infidei odium cæforum domo ; idemque primus Iapon Sacerdos, anno 1601. iniciatus. Paupertate, candore animi, ac simplicitate morum erat amabilis ; orandi tam studiosus, tamque accuratus, ut semper illi ad manum fucsit arenarium horologium.

Iapon.  
ibid.  
etat. 57.  
Soc. 38.

Oratio.

M 6 ad

276 Anni dier. illusfr.

ad metiendum precationis  
tempus. Inter flamas per  
trium horarum spacium sta-  
tit, summa & quietâ lœtitiâ,  
oculis in cælum sublati, ma-  
nibus in crucem ad pectus  
compositis.

*Sex reliqui, tirones Ia-  
pones.*

Combusti sunt cum Car-  
rolo, & Sebastiano tirones  
hi:

*Antonius Kiuni. Goncalvus  
Fusai. ætat. 40.*

*Ludouicus Canara. Michael  
Ximpo, ætat. 33.*

*Petrus Sampo. Thomas Aca-  
foxi, ætat. 50.*

*Septimus capite truncatus  
est Iouannes Ciucaga.*

His oblata erat libertas,  
si Christum desererent: sed  
mortem potius elegere; ac  
mortis accepto nuncio vna  
om-

*Fides,*

omnes Te Deum laudamus *Zelus.*  
cecinere. Petrus Sampo Iudici  
multa dicenti ; Utinam ,  
inquit , vox hæc mea toto  
regno latè posset audiri !  
Altissimos montium vertices *Fides.*  
conscenderem ; & omnes ,  
omnes Iapones , die ac nocte  
ad fidem , ad cælum , euoca-  
rem .

Thomas Acafoxi , Domus *Mors*  
famulum captum duci cùm *optata.*  
vidit , etiam se quæsitum  
fuisse ad necem certior fa-  
etus , eos à quibus quæsus  
fuerat est asscutus , dixit  
que ; sibi ea vincula debe-  
ri , non seruo . Dimisso er-  
gò seruo substitutus ipse ,  
vincitus , & flammis lentis ab-  
sumptus est .

P. Petrus Diaz , & 4. Socij.  
Occiso nuper Ignatio Aze-  
uedio , illa quâ Petrus in-  
In.

*Lusitanus.*  
13. Sept.  
1571.  
etat. 45.  
Soc. 23.

Indiam volebatur nauis ab  
hæreticis capta est. P. Pe-  
trus, qui alijs præterat, ab au-  
ditis aliorum confessionibus  
redux, vna cum Gaspare Goë,  
& puerō renello, qui à P. Pe-  
tro auelli se non patiebatur,  
occisus.

P. Franciscum Gaffrium, in  
excipiēda vulnerati cuiusdā  
confessione intentum, Galli  
hæretici certatim pugnare  
ac cæsim confodere.

*Michaël Aragonensis Scho-*  
*lasticus magnâ in seipsum*  
*fauitiâ, & ingenio nobilice*  
*lebris, cum Franciso Paulo,*  
*in mare præceps deiectus.*  
*Mox in Sanctorum reliquias*  
*& imagines effusus furor hæ-*  
*reticus. atque hæc omnia*  
*tantâ rabie acta in Societatis*  
*homines, vt Gaspar Gon-*  
*saluius sociorum vnas, vile*  
ac

ac timidum caput, cum Iesuitis handi parci, immo illos maximè peti, videret; ueste Societatis positâ, se turbæ immiscuerit. Sed mortem gloriosam quam fugiebat cum ignauâ commutauit. Etenim ab heteronicis in mare abiectus est cum turba inutili, quam illi alere solebant, cetera nauis ignavum atque inutile pondus. Singillatim de P. Petri Diaz virtutibus illud affertur; eum adeò fuisse modestum, suique custodem, ut ferè in se compunctione videretur occupatus. Diuidum officium semper de genibus recitabat. In confessionibus, potissimum ad scrupulos eximendos, fuit adeò promptus ac dexter, ut auditus fuerit quidam dicere; paratum se ad ex-

**extrema orbis limina Petrum  
sequi, vt illo confessario vti  
posset.**

**P. Gaetianus Boytonus.**

*Hibernus.*

*Casselle*

*13. Sept.  
1647.*

*Fides.*

Hic post operam in Ci-  
uium suorum vtilitates im-  
pigrè impensam , in clades  
Cassellensi ( vbi trecentos  
Hibernos milites Catholi-  
cos septē hæreticorum mil-  
lia obruere in templo) tunc  
istic vna collectos Catholi-  
cos Sacramento pœnitentia  
expiabat. Ibi victor hære-  
ticus miles dirè in canos se-  
nes, in foeminas, in paruulos  
eæde grassatus est, sanguine  
latè profuso . Maxima sœui-  
tiæ pars in Sacerdotes incu-  
buit. Hos inter cecidit fe-  
lix viæima etiam *Boytonus*,  
cùm hæretici , Sacerdotes  
potissimum ad necem depo-  
ſerent; si hos dederent, mi-  
li-

litem omnem impunè abire  
permissuri.

*Octo Socij in odium fidei  
occisi.*

Decem superstites socij  
P. Petri Diaz (de quo he-  
ri) carceribus, pugnis, ala-  
pis, & sputis malè mulctati.  
In summo vertice contunde-  
bantur, in coronæ Sacer-  
dotalis opprobrium; obie-  
ctantibus hæreticis, quòd in  
Brasiliam usque renderent  
ad fidem prauam (ut ip[s]i *Fidei-*  
aiunt) proseminandam.

Lusitani.  
14. Sept.  
1571.

Petro Fernandio Nouitio,  
quòd modestus esset, ocu-  
los digitis aperiebant, caput  
paxillis surrigebant. Expro-  
brabant cachinno hæretico,  
quòd à Christo, à B. Vir-  
gine, atque à Sanctis non  
iuuarentur. In mare abie-  
ti sunt.

Pe-

*Petrus Fernandius, & Ioannes Alvarez, &c*

mox hausti sunt. *Didacus Ferdinandus adnauit ad nauem aliquam, & receptus est; vti & Sebastianus Lopez.* Alij fessi luciendo cum aquis, *Credo & Misericordia reicitabant cum Alphonso Fernando illicò submerso.* IE-SV nomen implorauit *Andreas Pais,* & haustus est; ac post hunc *Ferdinandus Alvarez.* Eadem in aquis morte oppetiēre *Petrus Diaz & Didacus Garualius.* Piratarum illorum antesignanum aiupt postea in oppido sibi nazali, securi occisum. Nauta præcipuus, cum nostros in mare abiiceret, ipse quoque delapsus, ac mersus est. *Alphonso contra fidem plura obiectantibus respondenti,*

*fides.*

ti, diligenter dictum est: Ob  
id ipsum est tibi moriendum.

P. Camillus Constantius.

Nobilis hic, locuples, &  
castissimus adolescens, olim  
immissam ad se dolo conser-  
verato noctu foeminam, casto  
furore plenus, eiecit: & actis  
Christo Crucifixo gratiss.  
IESVM ac MARIAM, ne  
vnquam inquinaretur, preca-  
tus est. Indiâ, & Iaponiâ im-  
petratâ potitus, præter labo-  
res Euangelicos, & exilium,  
plures teruandas tolerauit.  
Militis personâ rectus in Ia-  
poniâ rediit, per omnem  
industriam atque pericula in-  
animarum commoda inten-  
tentus, & omnia noctu con-  
cufans. Capitis damnatus,  
delirus putabatur; quod di-  
ceret, & iam votorum suo-  
rum summam penitus attin-  
gis-

Italas.  
Tabiræ.  
15. Sept.  
1622.  
etat. 50.  
Soc. IESV Sept.

Castitas.

*Fidei.**Justiciæ.**Mariæ.*

gisse. Tabiræ ad Firandum  
rogo addictus, palo fune ex  
arundinibus **texto alligatus**,  
ad populum de animæ im-  
mortalitate, ac felicitate  
fidei Christianæ dixit egre-  
giè. Intendio inuolutus,  
orabat : & flamma tan-  
tisper diducta, seu aperiri  
visa, illum orantem osten-  
dit, canentemque: *Laudate  
Dominum omnes gentes. Glo-  
ria Patri, &c.* Tum tertiqu  
Iaponicè pronunciauit vo-  
ce clarè perceptâ: *O quam  
benè mihi est!* Iam flam-  
mis absumebatur corpus,  
cùm adhuc *Sanctus, San-  
ctus, Sanctus* quinquies ean-  
tare auditus est. Dicebant  
barbari: tantam illam eius  
viri fortitudinem supra mor-  
tales vires altius quid piam-  
habuisse.

*P. Mat-*

P. Matthæus Fernandez.

Cocini natus in India , in  
Iafanapatan quinque millia  
mortalium baptizauit . Lan-  
ceis deinde confossum , & ca-  
pite plexus est .

*Indus .*  
*in Iafana-*  
*patania .*  
15. Sept.  
1648.

P. Bernardinus Pecius ,

seu Senensis .

Eodem die ibidem ob-  
truncatus , post insignem di-  
ligentiam nauatam pro sa-  
lute animarum . Aiunt re-  
liquias illius suavi odore  
fragrasse .

*Italus .*  
*ibid .*

P. Rudolphus Corbeus .

Huius & Pater , & duo  
fratres Societatem ingressi  
sunt , matre cum duabus fi-  
liabus ordinem S. Benedicti  
professâ . Celebris fuit Ru-  
dolphi virtus ab admirabili  
rectione linguae meditatè lo-  
qui , & prudenter tacere  
scientis . Per annos 12. clam  
in

*Hibernus .*  
*Londini .*  
17. Sept.  
1644.  
ætat. 47.  
Soc. 20.

*Lingua .*

in Anglia pedes concursans  
omnia, laborauit; & 18.Iulij  
1644. ferè in sacro deprehen-  
sus, non negauit quis esset.  
*Fides.* Patibulum suauissimè exo-  
sculatus est amplexu tener-  
imo, Vicecomes 17. Sept.  
disertè affirmauit ei hoc die  
moriendum, quod plures ad  
*Fides.* Ecclesiam Romanam seduxe-  
xit. Aderant ad patibulum  
Sacerdotes qui illum, &  
Ioannem eius amicum pari-  
de causa cædendum, dato  
ab illis poenitentis animi si-  
gno, à peccatis absolverent.  
Ita suspensi: tum se & i-  
partes, eo die quo Gerar-  
dus Corbæus Rudolphi Pa-  
ter ante septem annos in  
Iapon. Societate de vita migrâ-  
Iendi. rat.  
*Septembri.*

1633.  
ætat 67.  
Soc.47.

*Ioannes Tama. Coad.*  
Inter cōtinuata vita mor-  
tis-

nisque pericula Euangeliō  
præstantē suā eloquētiā ope-  
rain per regna Iaponiæ qua-  
quauersum excurrens naua-  
uit, etiam ab exilio reuer-  
sus Macao. In carcere scri-  
ptione nobili Iaponibus suis  
offusas tenebras ostendit: &  
ibidem permultis profuit ad  
salutem per annos plures  
tentus, atque ab optimati-  
bus etiam visitatus, qui ex-  
plicatam ab illo fidei veri-  
tatem perspexere. Iaponi-  
co tandem suspendio è pe-  
dibus in scrobem pendens  
yixit extremūm.

*Fides.*

P. Michael Pineda.

Solidarū virtutum exem-  
plis clarus fuit Michaël,  
multis in patria exhaustis  
pro fide laboribus postea  
extorris Manilæ in Philippi-  
nis. Inde reuersum cùm

Iapon.  
Nangas-  
chi  
Septembris,  
1633.  
etat. 56.  
Soc. 26.

cx-

*Fides :* exploratores omnibus exquisitæ solertiæ artibus ad necem quereret, ab eo apud quem diuerterat, metu perculso, non quidem proditus est, sed clā nocte intempestâ, Cælo tunc maximè imbribus fæuiente, dimissus è domo. Ab eius noctis incommodis morbum contraxit; quo intra triduum confectus est, cùm ad cruentam mortem toto desiderio aspiraret.

*P. Franciscus Macciodus,*

& *P. Bernardus Pereira.*

*Lusiani.* Sultano Sequedo Æthiopæ Imperatore ad Christum adducto, ad ingentem rei Christianæ spem eò profici-  
*in Aethio-* scebatur duo hi Patres Goâ.  
*pia.* *Septembri.* Per iter ab Auxa Gurellano  
*1625.* Principe Mahumetano, car-  
*Fides.* ce-

cere, ludibrijs, vinculisque  
vexati sunt, atque occisi,  
quia id placitum credeba-  
tur Cabraeli, qui contra Se-  
quendum Abassine Imperato-  
rem Christo addictum, pro  
Schismate tuendo arma fe-  
rebat: & sciebatur Patres  
hos ad Sequendum pro fidei  
Christianæ propagandas,  
adeoque pro extirpando  
schismate, proficisci.

*Thomas Riccius.*

*Ludovicus Gafurius.*

*Dionysius Yamamoto No-*  
*suicantij. 1633. 1633.*

*Tres hōfci Seminaria So-*  
*cietatis ad omnem Christianæ*  
*disciplinæ normam insi-*  
*tuere. Vnde illi postea so-*  
*cijis inter labores Evangelij*  
*utiles ubique adiutores, ac*  
*periculorum quoque saeij*  
*fideles adhesere. Fuere ali-*

*N*      *quam-*

*Iaponæ.*  
*Cocura.*  
*Septembri.*  
*1633.*

*Fides.*

quamdiu extortes à patria,  
ob Christi fidem; sed cum  
redijssent, ac Patribus cami-  
tes prospici adessent, Nan-  
gasachi in carcerem conie-  
eti sunt, & (quia id pete-  
bant) rite in Societatem admis-  
si. Ocurg tandem lento igne  
cremaci sunt; quod Christia-  
nam fidem populis prædicar-  
sent.

*P. Georgius Fernandez.*

at. 33. Soc. 18.

*P. Gomez. Damascenus.*

at. 37. Soc. 20.

*Lusitani.*  
*in Iaua.*  
24. Sept.  
1580.

*B.V.*

Georgius cum Aquauia  
in Indiam venit: Gomez an-  
te illum cum Valignano: id-  
que se dixit à Deo per Dei-  
patam, quæ Rupis Franciæ  
nomine in extrema Castella  
percolitur, impetrasse. nam  
peregrinatione votiuâ illuc  
profectus, quod à Superiori-  
bus

bus non poterat impetrare, ibi vero India adiuuante compo-  
sus effectus est. Amboina ea  
quam Goa Amboinum inti-  
merant navigatione, à Ille-  
vensibus, Christi ac Lusita-  
norum hostibus, vila oscifi-  
sunt cùm Christianos in na-  
uit expiarentur. *R. Godefridus Thelen.*

*Fides.*

Per iter à Carbani oppri-  
di hereticis captus, illusus,  
percussus, tanquam bello-  
rum & Papistice idolatrie  
(vt illi loquuntur), feminat-  
tor, & ac tandem glande  
plumbeâ in petus explosâ  
traicetus, cecidit in genua,  
& sublatis ad Deum mani-  
bus atque oculis a Domine,  
inquit exaudi orationem meam;  
& non intro in iudicium cum  
seruo tuo. Tum in capite, ac  
reliquo corpore contusus,

*German.*  
*ad Rhe-*  
*nnum.*  
25. Sept.  
1620.  
et. 32.  
Soc. 8.

*Fides.*

N 2 sau-

*Mors.*

sauciisque occulitu. & in  
 cadavere se inservienta vulnera  
 et ampliora. Cilium, fal-  
 geldum, coram Dei agnus,  
 reliquias (i pax secum per-  
 ita ferrebat) in ignem aboli-  
 tere. Thyleo cædis postea  
 anno 1625. Carbentis. Gal-  
 bernator facellum. Si. Quid  
 erexit, & omnem genitum Go-  
 deſtudi ut tragediam illam. Ne-  
 pingi curavit. Hanc mortem  
 si. lobitum haec vita. 4210  
 precessit. Sacerdotio extre-  
 mitatis agno iniciatus, offi-  
 ciatus dignus, eum pietate, &  
 medicinae uerbaqbat. Quod-  
 die votorum Deiparae tertio  
 euoluebat, hincenq; ne  
 flagrante, & SS. Eucharistie  
 Sacramento adorando post  
 prandium quartam horæ par-  
 tem dabat. Ad eandem  
 percipiendā synaxim etiam-

Euch.

no-

noctu se parabat, somni  
 parte decerptâ, & Angelo Mortif.  
 Custode rogato, ut citius  
 excitaretur ad hæc sui ver-  
 beratione præmisâ. Post  
 diuinum epulum, vari sacri-  
 ficio religiosè intererat. Si  
 quis eius nomine ignarus  
 deinde quidpiam loqui vel-  
 let auctore, riebat ille Pater,  
 quis non frequenter ac feruor-  
 ter orare confuerit. Ludo qui-  
 ci de Ponce operibus lecti-  
 candis apidatia suæ ignicu-  
 des fouchat. Lectio spir-  
ritus.  
 que violentia, & ac visceris  
 tuis akaribus, ubi id possem  
 addicuisse. Cilicium illi per  
 familiare, in scholis etiam,  
 ac inservit in auctore Christi  
 patientis, & Beatisissimæ Virg.  
Mortif.  
 Matris honori, atque amori  
 fecit scilicet à vino, & coquâ.  
 Sabbato, abstinebat.

P. Petrus Martinez.

*Hispanus.  
in insula.  
Taca tucu-  
rana.  
28. Sept.  
1566.*

*Charitas.  
Obcd.*

*Eides.*

Visa in Societate mutua  
sociorum charitate, Socie-  
tatem, à qua fuerat animo  
alieno, experij, & obtinuit.  
In illa parendi tam fuit audi-  
dus, ut non duo tantum,  
verum ducenta officia subire  
se pararum diceret, si obe-  
dientia ita vellit. quare  
fuit semper in cucina, in nau,  
ad operas, ad conciones, ad  
facras expeditiones aptus &  
expeditus. In Flocida inc-  
diam percessus, dum omnes  
circum terras lustrat, in illas  
Euangelium illacuras. è sca-  
pha extractus à barbatis, sc-  
xis genibus, claris in cælesti  
manibus, capite clavâ con-  
fracto, mortem quam opta-  
bat, quamque predixerat,  
est adæptus. Catharina  
Martinez, Petri è germano

T.S.

ne-

nebris & anno 1615. iam  
 deposita mortem opperie-  
 batur i. cum vocem audiuit,  
 quā nominatio vocabatur.  
 Ignaræ cuius ea vox esset,  
 ac hærenti, dictum : Ego  
 sum tuus pater, P. Petrus *Post mor-*  
*tem.*  
 Martinez ē Societ. IESV : *Disce a*  
 Deus meis precibus inco-  
 columitatem tibi restituit. *mortuis.*  
 Incipe ab hoc die te impen-  
 sius dedere Dei obsequio : *Feruor.*  
 contemne teipsum & mun-  
 dum, & quicquid in eo est ;  
 & cessa à litibus. Hisce au-  
 ditis repente se sanam  
 seperit ; stupens medico  
 quod iam incolmis se ve-  
 stiret, ac cælestis odoris  
 quiddam fragraret in con-  
 clavi. Aitque pluviām quoniam  
 que illius meritis, ac vale-  
 tudinem etiam alijs impre-  
 tam.

N 4 P. Ioan-

*P. Ioannes de Fonseca.*

*Arimæ Iapones* multos  
per annoram 15 interuallum  
ſecundo ſudore conuertit.  
Hunc tamen inedia, &  
ærumnæ longissimæ atque  
plurimæ conſecere, cùm  
tempore exiliis ſocijs eiectis,  
elati ipſe iſtic latauit ut Chri-  
ſti puſillo gregi prodeſſet.

*P. Martinus Læterna.*

*Califij* literis imbutus est  
magnâ ingenij famâ uſque  
ad laudem extemporalitatis.  
*Braunsbergensium* Patrum  
pietate, doctrinâ, confue-  
rudine delēctarus; exemplo  
ſui magistri, ſe in Societa-  
rem dedit 10. Maij. Fuit  
Philosophus, Theologus, &  
missionum Apōſtolus inſi-  
gnis; at planè mirabilis in-  
pœnitentiā prædicandā, ve-  
lut Ioannes in deserto. La-

*Lugianus.*  
in Iapo-  
nia.  
29. Sept.  
1620.  
atq. 50.  
Soc. 32.

*Roxola-*  
nus.  
in mari.  
Ballico.  
30. Sept.  
1598.  
atq. 45.  
Soc. 29.

*Exem-*  
*ples.*

*Ste-*

Stephani Batorij (in chyti, d.  
rei Catholice ac Societatis  
studiosissimi Poloniz Regis)  
eastris triennio ab Regem  
Latine, ad alios Polonicè  
dixit; ac urbes postea prae-  
cipuas fructu suique nomi-  
nis celebritate impleuit;  
Romæ quoque confessi fe-  
liciternegotijs ad quæ expe-  
dienda venerat Regis missu.  
A Stephani Regis obitu Cra-  
coviæ factus ad S. Barbaram  
Procurator, subinde Leopo-  
lii socijs præfuit. Inde ad  
Sigismundum Regem acci-  
tus in Sueciam, cum bello  
pax affulgore, in Poloniæ  
reuenietat. Sed nauis quæ  
vehebatur, ab hereticis ca-  
pta, omnes Catholicos ve-  
xandos exposuit heretica  
persecutionis procaciter in-  
Pontificem, &c. Romanum.

Sedem grassanti. Dum ergo  
Marinus orthodoxos suos  
ad ea probra Christi causam  
fortiter toleranda hortare-  
*Fides.* tur, hereticis innocuit, eum  
non modò Catholicum, ve-  
rum & Sacerdotem esse,  
arque adeò Iesuitam. Iam  
designabatur ad necem, cum  
procacior quispiam intruso  
in os illi pane hortabatur ut  
comedat, breui quod abunde  
biberet habiturus. Mox  
exuto manus dire sauciant,  
cumque iustis prius vulneribus,  
mati mergunt. In-  
genium illi suicidie, sed ini-  
diuinis ardore audensque,  
ac semper cupilus phires  
ad Ecclesiarum gremium addu-  
cendi. Regis Secretarij ora-  
tione, tanquam Rectoru Pol-  
onia luculentus laudatus est,  
additâ quoque ex ore famç

ac

ac populi, martyris appellatione. Ioannes Demetrius Archiepiscopus illum pro concione prolixè laudavit. Laurentius Bienczowvski nobilis Polonus 37. annos natus, & de P. Laterna benemeritus, anno 1602. in Tartarotum servitwem redactus in bello, de tigno appensus, atque instar globi ligatus foueæ imminiebat, ne quæctabi posset. Hic persancte affirmauit, sibi die 7. Junij 7. Junij. Deum, ac Sanctos imploranti, conspectum currum splendidum. quatuor equis candidis vectum per mare, sedente in curru P. Martino Laterna radijs glorioso. Huic num se nosset interroganti, respondebat Laurentius; nosse: petiuntque quid sibi ea pompa vellet. Tum Martinus, Post mortem.

N 6. præ-



adiutorum. præmia illa suorum laborum  
 esse dixit, quæ pro sanctâ  
 Retri naui exanlässet, in  
 huius vitæ mari ac fluctibus.  
 Equæ, quatuor Evangelî-  
 starum, atque Doctrinæ  
 Ecclesiæ probè explanatorum  
 præmia esse ac symbola. Cæ-  
 terum, num à vinculis ab-  
 solui velle roganti Martino  
 annuit captivus Laurentius;  
 & iussus ab eodem loca sa-  
 era Romæ, Cracoviæque  
 inuisere, momento, se libe-  
 sum vidit in campo Russæ  
 quinquaginta leucis distito à  
 castris carecereque illo Tar-  
 tarico. Hæc vidente, sed  
 an vera essent hærente Lau-  
 rentio, aurora exorta est, &  
 ille visis vinculis ad pedes  
 suos iacentibus, quatuor  
 Polonos, qui ante quatuor  
 dies ibidem captivi se fugâ-  
 sub-

subduxerant, iter per eundem campum facientes agnouit: Romanam religiosè invisit; rem hanc omnem suo confessario R. Mattheo Pakost Poenitentiario Polono, aliisque iuratus narravit: & haec omnia anno 1607. à Jacobo Lauro, cum Pontificis privilegio, etri Romæ incisa sunt, ac vulgata. Anno 1603. 27. Sept. nautæ cum Beatissimæ Deiparæ Chestochouiensis honori vota conciperent, vrgente periculo, narrauere visuot sibi R. Martinum in aëre sed dixisse illum quis esset, ac prædixisse saluos fore; horratum denique ut promissa fideles ad Deiparam exequi non omitterent. Anno 1607. (vel. 8.) Leopoli Maser de filiarum in religioso cœnobio. Nouitiam

27. Sept.

B.V.

tiarum constantia ſollicita, cùm illæ tam corpore quām animo adeò affigerentur, ut ſeculum repetere omnino in animum induxerint prius quām religioso ſe sacramento adstringerent; ad notum olim & charum ſibi P. Martini nomen confugit quām potuit dolentissimè ac flagrantissimè, pro ope, in re illâ infamie, ac ſalutis æternae periculum inducūrā. Poſtridie illas inuiſit, & valentes corpore, anima tranquillato, iuſtituti ſui retinenteſ, ac laetas læta inuocauit.

*Iacobus Antonius Tacufima.*

*Iacobus  
Antonius Tacufima  
30. Sept.  
1633.*

In carcerem odio fidei Christianæ coniectus, ibidem in Societatem adſcribi petiſe, & obtinuit; vir eloquens, ac preſtantis exēpli.

pli. Viuus felicissimo incendio conflagravit, ab ijs damnatus ad rogo qui in illo, ciue suo Christianam religionem oderant & extinguerent nitebantur, morte deletis ijs qui eam prædicabant.

P. Amarus. seu Manrus.

Mourcira.

Cum ex incensa ab hæreticis Lusitanorum naui in aquas defilijsset, iisque alios adnantes cymbis exciperet, illum è veste Iesuitam, è corona (scu vertice illâ die raso) Sacerdotem esse agnouere: idoque non recepererunt cum alijs, imò contulenter confecerunt.

Lusitanus.  
ad Guam.  
30. Sept.  
1639.  
etat. 42..  
Soc. 22..

Fides.

OCTO-

## - OCTOBER.

*P. Bartolomeus Fernandes.*

*Inventio.*  
Nangasabi.

z. Oct.  
1633.  
stat. 54.  
Soc. 38.

*Fides.*

**H**ec à P. Vasco prædicto  
Huc quām fuit; forte ut in  
fidei odium excederetur. Tu-  
lit, fecitque quām plurima  
in Iaponia pro fidei felici-  
bus incrementis. Aduersa-  
rij ipsi miram hominis elo-  
quentiam, nec minorēm vir-  
tutum ac morum quām lin-  
guæ elegantiam, in eo ama-  
bant, atque laudabant.  
Cūm captum hortarentur;  
ut à Christi fide deficeret; ne-  
gauit decere id hominibus  
adquād ab ipsis laudatum; da-  
tāque illis in libello de fide  
lucubratione insigni, fidei  
suæ breuiarium ac tesseram  
illis explicuit; simul corpus  
obtulit ad tormenta pro illa  
fide. Sublimi equo, ceu in

... 100

trium-

triumpho, vescus, ab inuitis  
at Imperatorem timentibus,  
ad foueam damnatus est.  
Depositus de patibulo dein-  
de tamen est; ne tā citò vitā  
decederet. At brevi postea  
in carcere gloriosum vitæ fi-  
nem inuenit. Eodem die  
ac eadem de causa in foue  
patibulo pendens migravit  
victor.

P. Paulus Saità.

Obiit athleta felix postea  
quam septem dies pependit  
capite deorsum prono in fo-  
ueam, sine cibo, sibi tamen  
præsens, dicensque; se ante  
P. Benedictum minimè mo-  
riturū. Et verò eadem ho-  
rà, & ferè momento, uterque  
decessit. Illud stupendum.  
Aiebant satellites; se coram  
iustic adfuisse, attentisque au-  
ribus accepisse verba duo-  
rum

Iaponi,  
ibid.

2. Oct.

1633.

etat. 57..

Soc. 26.

Fides.

Charitas.

rum illorum cadaverum ad regum deportatorum, cùm se inuicem Lusitanicè ac Iaponicè salutarent, felicitatemque suam Benedictus Paulo, & hic illi vicissim gratularetur.

*P. Melchior Consalvius.*

Lusitanus.  
Bazani.  
m Octubri.  
1551.  
Soc. S.

B.P.

Ripper.

Hunc S. Franciscus Xauerius Bazani Collegio prese iussit. Multos ibi, & circum, ad Christi fidem adduxit; nec pauca idola subuertit; erecta divinæ Matri templo, & ephelio puerorum; ad parvulos fidei Orthodoxæ dogmatibus imbuendos, Xaueriano more & primis te nebris vibem illam concursans, pulsato ære campano populum admonebat ut preces funderet pro ijs qui lethalis peccati conscientia tennentur æternis inferni poenis ob-

obnoxij, nisi resipiscant; &  
pro illis animabus quas ex-  
piatorius signis in purgato-  
rio excruciat. Apostolico-  
rum virorum elogio tam  
bonus eius vincere operarius  
fuit, ut verbis id consequi  
per difficile sit. Odere in il-  
lo tantum fidei, ac anima-  
rum studium timidi luxea &  
rabidi idolorum cultores,  
quare ne porro Christianae  
religionis fines latius, ut con-  
tinuatis laboribus faciebat,  
extenderet, veneno propi-  
nato mortem illi accelerar-  
uero. P. Gaspar Barzeus illac-  
iter tunc habens adfuit mo-  
rienti at.

Purgato-  
rium.

Fidei

Iapon.  
Scimino-  
seki.  
Octobri.  
1628.

Michael Xuccan.

Catechesis, & concionum  
affiditatem, vigorem, ac spiri-  
tu, multos e suis Civibus ab  
idolis abduxit. Macai ob-  
fi-

*Fides.* fidem exulte & inde reduxo-  
uo ardore se quā plūtūmis  
Euāgeliō lucrificiēdīs pēq  
laborēs ; pēricula , æxūnnaſ  
ex aſſe dedicānit vſque ad  
morbūm , quem quā lacen-  
do , quā concufanda , infa-  
me , ac redi aliarumque re-  
ram humano vſui ſpartu-  
marum in epiā contaxit &  
vitam ; quam in flammis ve-  
lebat ; iuærumq[ue] termina-  
uit . *Populaires de las Missas.*

*Indus*  
*Manitius*  
*nug.*  
*in Insula.*  
*Mari-*  
*duque*  
*4. Oct.*  
*1625.*

*Fides.*

*Redux 4. Octobris à pe-  
dicta apud Patres d. Franci-  
ſei , d. tins Claudiūs com-  
erotte ; d. Mauris , ad latij bar-  
baris ethnicis odio fidei fu-  
rentibus ; exploſi ſclopi glo-  
boi interfecitos . & d. capite  
francorus vſit . Inde iſtior  
verfus in templa ſanctis imagi-  
nes , & quicquid iuſtrumen-  
ti*

ti sacri repetum est. Ex eius crano propinatū, hau-  
sum, & in cādauer barbaris  
modis sauitum est. Iam ab  
ipsis religiosis vitæ rudimen-  
tis habitus est. Ioannes pro  
hominē verè puro, ac san-  
cto habeturque pro explor-  
rata re ac certa, quādam  
Christi Cruci affixi, coram  
quacumque attentione ma-  
gnificabatur, imaginem, illi  
aliquando fuisse locutam.  
Ea hodie quoque habetur  
in honore, iac reverentia,  
singulari auctoritatis.

*Crucifixum.*

*P. Ioannes Acaſa.*  
Ab anno 1604. in Iaponia  
eternosorum laborum ple-  
nus ibat, redibat, latebat,  
esuriebat; ut pusillo Christi  
gregi prodeſſet. In profun-  
do latuit aliquando per no-  
uem dies, cūm cibus illi per  
fu-

*Lusitanus.*  
*Nangas-*  
*cbi.*  
8. Oct.  
1633.  
etatis. 58.  
Soc. 42.

*Fides..*

funem demitteretur; fuit  
aliás quoque in specu absco-  
ditus per tres menses. Tu-  
24. Augusti comprehensus,  
5. Octobris Nangasaki sus-  
pensus in scabem & pedi-  
bus, hoc deorum die cursu  
victorix atque fortitudinis  
expleuit.

*P. Xystus Toonum..**Iapon.**Nangasa-  
chi.*

9. 07.

1633.

at. 63.

*Soc. 43.*

Hunc etiam fuis Iaponi-  
bus ad Christum adducen-  
dis præstrenue intentum,  
abruptumque in vincula ci-  
uem suum æternâ ciuitate  
donandum in fouea suspen-  
dere, capite deorsum de pre-  
so, pedibus verò in altum elas-  
tis. Ita hodie (vel ut aliis  
autor est 10. Octobris) diem  
æternum iniit. Illi so-  
cius ut magni zeli, ita re-  
ligiosa vita mortisque ac-  
cessit

*Fides.**Da-*

Damianus Furaxe. Coad.

Iapon & ipse ; ac simili  
scrabis suspendijque tormento,  
in fidei quam propagabat  
odium, internectus . Cum  
per ipsos 20. annos Provin-  
ciali socius comitaretur,  
Eccechesi viros ciues condo-  
cefaciebat , & ad baptismi  
Sacramentum præparabat .

Iapon.  
ibid.  
eudem  
die.

P. Theodorus Mantels .

In Iaponia sancto labore  
per annos aliquot impenso  
rei Christianæ commodi per-  
militum attulit: atque idcir-  
co barbaris odio cum esset;  
venenum ab ijs propinatum  
ignarus hausit ; & post bien-  
nij cruciatus , toxico phar-  
maca omnia superante, tan-  
dem enectus est .

Belgæ .  
Malaccæ.  
incerto  
menfe .  
1593  
stat. 33.  
S. c 13.

P. Xystum Tacuum aliqui 10. oct.  
hoc die cæsum aiunt. Nos de  
illo 9. Octobris egimus .

Ki-

*Richardus Biley., &*

*Ioannes Soppius. Nouitij.*

*Ad Treui-*  
*ros.* Hos per iter ia ſilua Treui-  
*renſi, pro ſuo in fidē Catho-*  
*licam, & Societatem odio,*  
*tentos, & nudatos hæretici*  
*trucidauere, corporibus ibi-*  
*dem, ut à feris deuoraren-*  
*tes per ea loca graffentur*  
*lupi, corpora tamēn innoxia*  
*pōst aliquot dies reperfa-*  
*sunt.*

*Anglus.* **AÑNO 1583.** *Galliarum.*

*Lacum Sacerdotes in cœto-*  
*mense ac die cæsum in ſtolidi-*  
*odium Eboraci cruentis So-*  
*cietatis heroibus accensent*  
*nōnulli. Rayſſius ait eum in*  
*cârcere Societatem petiſſe, ac impetrasse. At So-*  
*cietatis epistolę de illo cūnta-*  
*ceant, ego rem in medio re-*  
*linquo.*

*P. Mar-*

P. Marcellus Franciscus.  
Mastrillus.

Marchionum stirpe natus

Neapoli, cum etiam cum  
puer B. Virginis officium re,  
citaret, identidem in Joetis  
lachrymas soluebatur, quod  
barbaros mortem sibi inten-  
tantes videre. videretur  
Taurus illum furenter subla-  
tum in cornua, illicò depo-  
suit nihil lœsum, posteaquam  
ille conspectâ tunc forte que  
in domo picta erat B. Vir-  
ginis imagine, opem illius  
implorasset. Eiusdem Dei  
Matris patrocinio vitâ om-  
nem ab omni lethali noxa-  
duxit immunem. Sacro,  
quod pro cæso in vindictæ  
cupidineate sine Sacramentis  
mortuo famulo celebraba-  
tur, ministrati spectrum igno-  
spirans apparuit; & ille con-

Italus.

Nangas-  
chi.

17. Oct.

1637 a. e. M.

etatis. 35.

Soc. 20.

B. V.

Vindicta.

O ci-

cedit prex terrore . In horto  
 amoenio videre sibi visus est  
 effici funebri pompa fami-  
 nam candidatam , quae Mar-  
 cello nescio quid loeta  
 est : Quicquid hoc rei fuerit,  
 certe Marcello inde accessit  
 perquam magnas stimuluss  
 ad virtutem . Societatem  
 ingressus , Indias urgebat  
 semper . Inde illi quotidiana  
 in seipsum securia incus-  
 sis flagellis exercita , & crux  
 ferreis cuspidibus horrida  
 pectori arcte adstricta .  
 Ipsu Deiparæ quo utebatur  
 rosarium fuit è pale Iaponi-  
 co , ad quem alligatus quis-  
 piam in fidei odium conbu-  
 sus fuerat . Beatissima Vir-  
 go Marcelli Patrem moneri  
 iussit de quadam sua imagi-  
 ne honorare collocanda .  
 Inuenta illa est in stabulo , &

com-

Hocas.

Mors.

Morif.

IV.

commissa Marcello; qui eam  
ornauit, & effecit, ut Sacer-  
dotio constituto, locuples-  
taretur à Marchione Patre.  
In primis exercitijs, per dis-  
clusum tam cubiculi forni-  
cem quam domus testum,  
apertum Cælum, & in eo  
mira, spectauit; quibus dein-  
de per omnem vitam se suc-  
cendi ad excelsa persensit.  
Inter doceendum aiunt nun-  
quam iratum vultum præse-  
tulisse. E S. Eustachij ima-  
gine protumperas in illum,  
radius mirâ illum spe imple-  
uit; cum à Sancto illo diser-  
tè moneretur, fore ut Indias  
impetraret. Quodam de-  
socijs mortuo, diuinitùs in-  
tellexit, voce perceptâ,  
alium breui (sed alio longè  
ac diuerso ab hoc funere)  
extingueendum. Et nomina-

S. Eusta-  
chius.

Radius.

O 2 tim

rim exprimebatur is de quo  
ea vox dabatur. Et verò  
diuerso longè funere abiit  
ille: breui enim, Societate  
desertâ, desistit esse è numero  
Sociorum. Anno 1633 Nea-  
poli cùm Dominicâ post fe-  
stum Immaculatæ Conce-  
ptionis, pompa solemnî sup-  
plicatio celebraretur im-  
maculato Ali mysterio ho-  
norando; malleus in labo-  
rantis pro festi apparatu  
Marcelli tempora decidit,  
& illum prostrauit. Depo-  
sito de vita spe adfuit spe-  
cie cultique peregrini spe-  
cabilis S. Franciscus Xave-  
rius; à quo persanatus est,  
voto è formula votorum  
Societatis à Xauerio ipso  
præeunte suggestâ concepto  
de Indijs adiundis; amabili,  
longo, vario, summissimoque

S. Xave-  
rius.

spectaculo . . . Interrogatus.  
 fuerat in summo illo vitæ  
 iam fugientis periculo ab  
 Equite candidis vestibus &  
 cruce insigni, ac viatorum  
 scipionein, & cereum osten-  
 tante ; num scipionem ad-  
 iter, an cereum malle, mor-  
 tis nempe obeundæ symbo-  
 lum. Respondit ; malle se  
 quod mallet Deus. Alias  
 ab eodem , pluri bus alijs. *Faces.*  
 qui faces accensas manu ge-  
 stabant, eomitato, visitatus,  
 intellexit , illos eius amicos  
 esse, ac pro illo enixè preca-  
 ri : morbum illius animabus  
 purgatoriij grauem esse, quòd. *Purgator.*  
 eius interea ope carebent.  
 Xanenijum nullum fuisse aie-  
 bat Marcellus, qui illi etiam  
 inter vescom, atque  
 orandum capè adfuerit, le-  
 tupo assederit, animumq; cre-

S. Xau.

xerit. Allata illi petenti est  
imago peregrini Xauerij,  
cuius ope ut Sanctissimum  
Eucharistiae Sacramentum  
glutire posset, obtinuit; &  
se postridie sacrum celebra-  
trium dixit. Iam vix quar-  
tâ horæ parte à morte abesse  
credebatur, cùm blandum  
sibi adesse Xauerianum vidi,  
nominatim ab illo vocatus.  
Mox votum, quod dixi, con-  
ceptum: admotæ, iussu Xau-  
erij, capiti ægro S. Crucis  
reliquiæ; quas, Xaverio do-  
cente ac verba præcunte, sic  
salutauit: *Ane, lignum Cro-  
cis; ane Crux preiosissima:  
me tibi rotum dedico in per-  
petuum, &c.* Post hæc, at-  
quæ his pluta, & Xauerius, &  
omnis morbus adcessit; &  
Mæstatis postridie, q. Ian.  
1634. Hanc factis est opera-

cus

*ssXau.**Crux.**ad hanc.*

tus vigens, ac valens. In-  
de ille S. Angelum suum  
Custodem ad S. Xaverium  
quothoris ferè, velut nun-  
cium, mittebat. Illius hono-  
ri contextas ex eius elogio,  
litanias quotidie recitauit, Rady.  
& ex eius reliquijs vidit lu-  
cis radios erumpentes. In-  
India è latto mortuæ imagi-  
nis Xaverianæ valer fucure,  
lata vel tristia legebat. Il-  
lo Goam appulso, visa est  
non una Crucifixi Christi  
effigies oculis apertis Iapo-  
niam intueri. Cùm in ma-  
ri Iaponico periculis iacta-  
retur, cuidam pro Iaponia  
oranti 21. Iulij visa estē Cruci-  
fixo lux fundit. & simul ha-  
voces audiret. Nam Sancti  
Spiritus faciem misso. Dein-  
de ipse quoque Marcellus  
inclytâ iam morte perfundit.

O 4 Etus

dus, eidem conspectus est  
 coram Crucifixo de geni-  
 bus, capite inclinato pro-  
 Iaponia preces effundere.  
**Oratio.** Captus à barbaris, visus est  
 toto capite collucere; & in  
 carcere inter orandum to-  
 tus lucidus, ac in alto subli-  
 mis conspectus est. Aquis,  
 & igni candentibus instru-  
 mentis cruciatus, ad suppli-  
 ciā duxus est cum scripto,  
 quo indicabatur; illum mo-  
 fidus, quod legem exteram pra-  
 dictarum in Iaponiam veni-  
 ser! Eum quarto iam die in  
 fotea Iaponico more pen-  
 deret & capite deorsum ver-  
 so, nec moteretur; inde  
 extractus, fluctens sub gla-  
 dio bis exclamauit; Pater  
 mi, S. Francisci Xavieri!  
 Bis infixit illi carnifex en-  
 fera innocuum. Tandem  
 25. 2. 10 ter-

tertio iactu, cùm IESVM &  
 MARIA M pronunciarer,  
 capite truncatus est: & mox  
 terra contremuit. Et Mar-  
 cellus eodem tempore Ma-  
 nilę Petro Corcuerę Guber-  
 natoris è fratre nepoti mor-  
 ti vicino apparuit: Madridij  
 verò oratoris Cæsarei filius  
 macie tortidus repente con-  
 ualuit, nempe cuius à se in  
 baptismo suscepit memorē  
 se fore Marcellus in Iaponiā  
 inde soluens promiserat: ibi-  
 dem Comitem Rupis floridæ  
 febris quartana eodem tempore  
 porc defervit; fidemque im-  
 pleuit promissi quo Marcell-  
 us promiserat se illi sui me-  
 moriam certo indicio testar-  
 turum. Angina, febres,  
 calculus, capitis alijque do-  
 lores & morbi, eius ope de-  
 pulsi; oculi, ac membra

O 5 alia

alia eorumque usus restitu-  
tus ; partuerentes adiutæ, at-  
que alia id genus, iij narrant  
qui eius gesta latius profe-  
quuntur.

*P. Isaacius Logarius.*

*Gallus.*  
*apud Hi-*  
*roqueos.*  
*18. Oct.*  
*1646.*  
*etat. 40.*  
*Soc. 22.*

P. Caroli Spinholæ in fidei  
odium combusti herois ima-  
giinem in sinu circumferebat,  
& s' penumero suspicabat  
desiderio paris mortis. Vo-  
ti religione spopondit ; se ,  
quoad posset , tantare velle  
despectum atque abiectionem .  
Totam aliquando noctem  
coram SS. Sacramento hu-  
mi prostratus orando duxit ,  
soultæ aspera , & ardua pati  
fragranter petens . Et respon-  
sum accepit : Exaudita est  
oratio tua : fieri tibi sicut à me  
petisti : confortare , & esto ro-  
bustus . Apud Hurones in  
Septentrionis Africa labo-  
ran-

*Euch.*

*Pati.*

*Oratio.*

ranti , Hiroquæi barbari  
 Ethnici , vngues mordicus  
 anulscrunc, indices duos den-  
 tibus contriuuerat. Taceo  
 pellem à corpore terri-  
 dam , cadentem , atiaque  
 horrenda omnino . Ignes ,  
 vaguibus, dentibus in illum  
 sauitum est cum in carcere  
 teneretur : quo ipso tempo-  
 re facile 70. capita Christo  
 genuit in vinculis ; & Ren-  
 tum Nouitum crudelia pas-  
 sum , tandem coram se cæ-  
 sum vidit , ut dixi 5. Augu-  
 sti. Pax cum Hiroquæis com-  
 posita illum inde extorrem-  
 eò postliminio pellexit ; &  
 ille disertè scripsit , se in-  
 de minime redditum . In-  
 teruerfa est pax ; & P. Isaac  
 decreta mors . Ferrum illi  
 in caput illisum ; præcisa-  
 ceruix ,

Fides.

Inter cœlestia illa quæ  
diuina patiens vidit, fuit mi-  
rabilis Ciuitas, & in illa  
scriptum: *Laudent nomen*  
*eius*. Vbi pro tribunali se  
verberatum ait; sed recrea-  
tum simul à Iudice amplexu  
& lætitia, quam non poterat  
explicare, sentiens amoris  
diuini æstu accendi se magis  
ac magis; adeò ut velut in  
extasi exclamaret: *Virga*  
*tua, & baculus tuus ipsa me*  
*consolata sunt*. PP. Iacobum  
Bertric, Stephanum Binet,  
Petrum Cotonum aliás in-  
tueri sibi visus, petiit ab ijs  
commendari Crucis, vt eius  
ciuem atque discipulum.  
Aliás in officina Crucibus  
coopertâ mirè sibi obiectâ  
librum sibi præberi vidi qui  
contineret *Illustres pietate*  
*viros, & fortia bello pectora;*  
quæ

*Liber*

*Imitatio*

quæ verba tunc audita, eius  
animo altius hæsere infixæ,  
ad imitationem Crucis. In-  
de illi amor Crucis, & Lita-  
niæ è Crucis titulis concin-  
natæ, ac ea ipsa quæ patie-  
batur tormenta pro illo-  
rum, à quibus patiebatur  
salute oblata.

*Crux.**P. Petrus Venustus.*

A Sancto P. Ignatio in-

*Italus.**ad his o-**nam.**19. Oct.**1564.**etat. 41.**Soc. 12.*

Siciliam missus, Nouitios-  
istic religiosè instituit; ac  
digna egit Apostolico viro  
pro sanis & ægris, & probis  
& improbis. Inter alios  
Rogerium quendam Sacer-  
dotem (hominem ob flagi-  
tiosam vitam nomine illo  
sacro indignum) suauiter,  
acriterque non semel quæ  
monuerat quæ rogârat, vt  
offendiculo probis oculis  
auribusque tandem esse de-

*Zelus.**sine-*

fineret; eundemque optima  
 promittentem Duci eius lo-  
 ci commendârat. Potrò ad  
 aleas iterum, aliaque probra  
 relapsum, iterum commo-  
 nefecit ut saperet. Sed ille  
 monitoris impatiens, & iam  
 timens ne Duci quoque im-  
 portunus hic monitor ali-  
 quid fortè suggererit, sug-  
 geratùe consilij, monitorem  
 de medio tollere constituit;  
 atque hoc die ruri, domum  
 ex agro redeuntem in itine-  
 re, à tergo tertio in capite  
 vulnerauit. Repertus Petrus  
 à Biuonensibus, cùm volu-  
 taretur in sanguine, atque  
 num facinoris autorem nos-  
 set rogatus, affirmauit, sed  
 vt proderet induci non po-  
 tuit, cùm diceret: Sinite  
 illum: Deus ei ignoscat.  
 Simulque breui IESV no-  
 men

*Charitas.*

men ingeminans expirauit;  
magno sanctimoniaz nomine  
post se reliquo.

P. Georgius Schorichius.

A S. P. Ignatio Societati  
adscriptus, à culinæ officijs  
ad literas ingenium trâsfer-  
re est iussus. In Germania,  
postea pro fidei Orthodoxæ  
sanctimonia fidelis operarius.  
multa gessit; id èque Dux Al-  
bertus pro populis inferio-  
ris Bauarie ad fidei Catho-  
licæ veritatem reducēdis il-  
lum delegit: id quod ille fe-  
cit feliciter, cùm eius ac So-  
cij operâ, plus quam tria  
millia veteris ac sanæ reli-  
gionis lucem agnouissent.  
Submoti corruptores; insti-  
tuti in suis officijs Sacerdo-  
tes; nihil non actum pro-  
constabilienda Catholicâ ve-  
ritate. Inde Badenæ similia.

Germania  
Badenæ  
20 Oct.  
1573.

Fides.

pa-

patrare iussus, & cù idcir-  
cò profectus; ne id posset,  
ab hæreticis veneno & mor-  
te inde fecutâ prohibitus  
est.

*P. Julianus Nacaura, &  
duo Nouity.*

Iapon.  
Nangasa-  
chi.  
21 Oct.  
1633.  
et.u. 66.  
Soc. 43.

Principe Iaponiæ stirpe  
natus, Nangasachi à 18, Octo-  
bris ad hunc usque gloriose  
mortis diem pependit tota  
corpore in scrobem iauer-  
sus. Fuerat hic unus è trium  
illorum numero qui Româ  
inde missi fuere legati à Re-  
ge Bûgi ad celebratissimum  
illum Greg. XIII. Boncom-  
pagnum, summum Pontifi-  
cem. Româ redux, in So-  
cietate adscriptus est, in ea-  
que relatus in censum spiri-  
tualium adiutorum. Studijs  
ac laboribus apprimè dedi-  
tus, totus in Deo erat, in  
ani-

animarum salute querenda totus. Cùm illi aliquando *Zelus.* vires ærumnæ variæ exhausſent, portari debuit ad succurrendum indigétabus animabus. Dum iret damnatus ad mortem, dicebat suis Iaponibus; illum se, illum Julianum esse missum olim Romam è Iaponia mitiore: pro illâ Romana, & vera fide se nunc vitam deponere..

Hoc etiam die scrobi tormento eneati sunt

Petrus, & Matthæus,

Nouitij

Patrum Socij Iapones, ad *Ibid.* Societatem in carcere aggregati.

P. Ioannes Matthæus

*Italur.*

Adamus.

*Nangasa-*

Anno 1602. in Indiam,  
biennio post in Iaponiam.

*chi.*

*22.Oct.*

*1633.*

pro-

*Fides.*

profectus est. Ibi ærumnas quæmplurimas, laboreisque grauissimos animarum cau-  
sâ perpessus, fame crucia-  
tus, extremos quinque vi-  
tae dies in tormento Iapo-  
nico egit de furca in fossam,  
suspensus è pedibus; & felix  
vixit.

*P. Antonius de Sousa -**Lusitanus.**Nangasa-*  
*cbi.*

26.08.

1633.

atq. 45.

soc. 30.

*Fides.*

Anno 1609. in Indiam pro-  
fectus, Malacæ pro Iaponia  
procuratorem egit; exilium  
quoque perpessus. Aquæ in  
os infuse, postea fossæ su-  
spendijque tormento cru-  
ciatus, pendit capite  
deorsum prono in odium  
fidei appensus 18. Octobris:  
& ab illo die legitime cer-  
tauit fortis in fide; atque  
hoc demum die agonis fe-  
licis gloriam consumma-  
uit.

*P. Fran-*

P. *Franciscus Lopez.*

Anno 1556. Indiā ingressus, ibi ad annum usque 1568. impunitate insigni fudauit pro Euangelio Christi: quodemum anno cum Cacino Goam nauigaret, à Mauris Christianæ fidei perinfensis comprehensus, & pro Christianoru Sacerdote agnitus, rogatusque *num Mahometum* sequi vellet, cum id magno animo ac voce negans execraretur, postea quam cum illo multis tam blandè quam minaciter est actum, ille luculenter iterum vitam prius & potius quam fidem à se deserendam restatus est: atque capropter hasta illi alte in pectus, & ilia adacta est; tum acinace fissum caput, & corpus in mare projectum. Fuit Franciscus, vir ab ani-

*Lusitanus.*  
ad Goam,  
29.Oct.  
1568.

*Fidei.*

ma-

marum in salutem astren-  
darum desiderio planè impipi-  
gro, ac disciplinæ religiosæ  
curatiùs obseruandæ amore  
insignitè laudatus .

*P. Matthæus Couros.*

*Eustanius.*  
*in Iapo-*  
*nia.*  
*29 Oct.*  
*1633.*  
*etat. 65.*  
*Sec. 50.*  
*Fides.*

*Aranea-*  
*tela.*

**Anno 1586. Indianum.**  
lachrymis à moderatoribus  
impetravit, & sudore magno,  
coluit. Præfuit in Iaponia  
domicilijs, atque Prouincie;  
ac miris modis exploratq[ue]res  
non semel cuasit, velut per-  
petuo quodam martyrij ru-  
dimento in sylvis, in stabulo,  
ac ubi ubi latebrae dabantur,  
latens; ut animarum saluti  
adesset. Aliquando in specu  
sub terra per octo menses  
delituit. Alias per arctum  
elapsus est: & ne deprehen-  
deretur, reperito S. Felicis  
Nolani miraculo fecit Deus  
telam suam repellentè istuc pre-  
te-

texente araneo. Propè Fuximam in quodam tugurio  
in pace obdormivit, ærumnis  
confectus, & mortem flam-  
mis illustrem desiderio solo  
complexus.

*Dominicus Cotinus. Coad.*

Claro apud Hibernos or-  
tu natus, contra sectarios  
centurio in Gallia militauit,  
factus in Hispania postea  
dux classiarius per ahinos  
octo; semper & miles bonus,  
& vir frugi. In Societatem  
receptus, ex Hispania in Hi-  
berniam proficisci iussus, ibi  
ab hæreticis captus, pro tri-  
bunali in veste Societatis  
comparuit, nil spes minasque  
moratus, quibus ut à fide Ca-  
tholica deficeret vrgebatur:  
ac illos etiam execratus, qui  
submissi clam suadebant ut  
fidem Catholicam tantisper  
dis-

*Hibernus.  
Corcagie.  
31.Oct.  
1604.  
aiaat 35.  
Soc.4.*

*Fides.*

*Cælum.*

dissimulanter obtegeret. Ad suspendium damnandus, in carcere dira subiit tormenta, quibus in illum se uitum est; donec 31. Octobris in veste Societatis, reuinctis post ergum manibus, laqueo è collo pendente ductus, sub patibulo se demisit in genua & oravit. E scalis, Catholici author fuit, grauissime admonens, ne se spe, metu, alijsue hæreticorum fraudibus interuerti, atque à recto seduci finerent. Suspice, inquietabat, in cælum; & priscam fidem quam præclarissimæ vestri sunt professi, non degeneres, perseveranter conservare; pro qua & ego nunc, ut uidetis, mortem oppeto. Mox disturbatus pependit, & carnificatus est. Aiebant Catholici, eum à Deo etiam

etiam miraculis honoratum.

## NOVEMBER.

P. Petrus Paulus Navarrus, & duo Socij.

**A**nno 1584. in Indiam, inde in Iaponiam penetravit: ubi cum pro fide libris & concionibus multam, varièque fatigeret, extorris è Iaponia, cōdem clām rediit ignotā veste, nudipes; noctu ad Christianos adiuuandos tacitè cuncta perreptans. In fouea latuit per plures dies, à Deo istic mirifice recreatus. Socios exit charitate morem communem supergressā. Pro morte (quam flammis absimus obiit gloriosam) separans, generalē confessio-

Italus.  
Ximaba-  
ra.

I. No-  
vemb.  
1622.  
aas. 62.

Zelus.

Prepara-  
tio ad  
mortem.

B.V.

*sacrum:  
ultimo.*

nem, & S. P. Ignatij Exercitia ei præmisit: orandi affinitatem intendit, etque alterum tantum adiecit: cili-  
cium nūquam depositus; sin-  
gulis noctibus acerrius se  
verberans, hebdomadā to-  
tā iejunans, & in ipsis quo-  
que carceribus Christum  
prædicans, pluresque bapti-  
zans. Totas aliquando no-  
ctes dedit MARIA No P. Spi-  
nelli throno, seu libro in lin-  
guam vernaculam transfe-  
rendo, quem etiam feliciter  
deduxit ad finem: ut istic  
Deiparæ gloria propagare-  
tur. Primo die Nouembris  
(tum adhuc inconscius eum  
diem sibi supremum esse in-  
hac vita) sacrificauit la-  
chrymis affluenter effusis, &  
ad 26. Christianos tanto sé-  
fu dixit, ut omnes largo fle-  
tu

tu maduerint. Allata mor- Fides.  
 tis sententia hæc erat: Xo-  
 cun Imperator Laponie Patrem  
 damnatum inbet viuum com-  
 buri, quæd remanseris in La-  
 ponie, iussus exceedere; & con-  
 tra Regis edicta, que prohibi-  
 bent Christi legem vulgari,  
 eam disseminarit. Rosario è B.V.  
 collo pendente, velut tor-  
 quatus, lætus ibat ad mor-  
 tem, Socijs præcinctens lita-  
 nias. Palo alligatus, cùm Litania:  
 inter flamas IESVM & MA-  
 RIAM ingeminare audire-  
 tur, concidit. Cilicium  
 etiam in corpore mortui est  
 repertum. Organtinus Tar-  
 xu in carcere odio fidei vin-  
 ctus, biennio postea P. Pe- Celum.  
 trum Paulum vidit in amœ-  
 no loco splendentem; & se  
 quoque ad illum locum bre-  
 ui peruenturum audiuit: id

P            quod

quod factum , cùm haud  
multò post eadem de causa  
combustus est.

*Dianysius Ergixima , &  
Petrus Ossizacca .*

Iapones  
codem  
dic .

Litanie .  
Oratio .

Silofius .  
in Castris .  
2. Nov.  
1642.  
Mai 42.  
Sec. 18.

B.V.

Hi duo Iapones de Socie-  
tate , cum terro quodam ex-  
tero , Patis Petri Pauli So-  
cij fuere usque ad mortem  
inflammis adeptam . Cùm-  
que ad illam animo hilari  
irent , litanias cum eo ceci-  
nèrunt .

*P.Laurentius Paffekius .*

Præclarè in castris operæ  
vtiliter polite veluti pre-  
zium tubæ nobilem mortem  
Laurentius . Exemim cùm  
tribuni in Lipsiensi pugna-  
vulnici confessionem ex-  
cipueret , ab hoste heretico  
victore deprehensus , & quis  
esset interrogatus , ac MA-  
RIAM Deiparam execrari  
iuf-

iussus, se Sacerdotem Ortho-  
doxum professus, MARIAM  
verù non tantùm nolens ex-  
crazi, sed & sùmis quibus po-  
terat laudibus extollens, ab  
exacerbato per eam auda-  
ciam hoste, gladio percus-  
sus, & glande plumbeâ co-  
dem in locu peremptus est.  
In Societate Ministri ac Re-  
ctoris munij laudatè fun-  
eris, nos semel etiam ob-  
fidem extorris, ciufdem  
amore non pauca & tulit, &  
fecit.

*P. Matthæus Cramerus.*

Idem dies eodem loco:  
causâ non dispari extinctum  
vidit P. Matthæum Crame-  
rum, cùm ex equo defiliens  
autres præberet peccata con-  
fiteri tribuno Catholico ea-  
dem in pugna faucio, & mor-  
tem opprimenti..

P 2      P.la-

*Bobemus.*

*ibid.*

*codem*

*die.*

*P. Jacobus de Mesquita.*

*Iustianus.*  
in Iapo-  
nia.  
4. Nou.  
vel 14.  
1614.  
*stat. 6r.*  
*Soc. 39.*

*Oratio.**Fides.*

Nobili domo natus, &  
P. Francisci Pacieci auuncu-  
lus. Per annos duodequin-  
quaginta Iaponiā excollit.  
Duxit ad Greg. XIII. Bon-  
compagnum, magnum illum  
& Apostolicā suā illā benc-  
ficientiā orbi terrarum no-  
tum Pontificem, in Europam  
trium Iaponicorum Princi-  
pum Oratores. Virtute, ac  
labore quam doctrinā maior,  
magna planè ac mira per-  
pessus est. Duo in silua ar-  
mati illum iam adorieban-  
tur, tesserario signo alijs quo-  
que ad idem faciendum da-  
te: ille interea se ad oran-  
dum composuit, & illæsus  
permisus est. In celebri il-  
la Iaponiæ tempestate con-  
tra Christi sectatores coortâ,  
cùm Christiani vrgerentur

ad

ad venerandum idola; &  
tempia diruerentur, etiam  
Iacobus eius in exilium,  
arumnis confectus, per iter  
in terram pectoris casa,  
felici morte latus contra-  
buit.

P. Ioannes Arnoldi.

Empiger operarius Dei.  
Cum diuinis operatus à sa-  
cro. & concione rediret, eius,  
calix & sacrificiales vates  
ab hereticis rusticis discepit  
ac pot consumeliam implè  
tractauit: ipse ab iisdem  
posteaquam sudibus positi-  
mè vapulauit, deinde ascia  
perfracto capite, arbori est  
alligatus. Ingulua illi  
præscindens dimes rusticus  
Inuana, inquietatus, hoc  
are, si potest, tunc illud  
Dominus misericordiam repeti-  
ta.

P. 3

P. Vinc.

P. *Vincentius Damianus.*

*Italus.*  
in Philip-  
pinis.  
*et Nou.*  
1649.  
*etat. 34.*  
*Soc. 18.*

*Fides.*

Anno 1641 Philippinas obtinuit. In ipsis Indijs Indias magis reconditas, & arduas perserutatus. Fuit inconditæ illius turbæ ad militia studia suavis duktor. Apud Iubigenes, & Bacerenses barbaros heroë digna gessit pro fide, & passus est usque dum in Crucifixi amplexu (pro quo, & cui animam detinebat) lancea confixus, tunc finem implens: & eam quam ab infancia incorruptam ab omni graviore nocte fecundat innocenciam, deuota puri sanguinis purpurâ cum uitacim nobilitatis, reliquorum suorum, & secularium concordus magnus. Ex angelico uindex, & ipsâ morte affector. Sic mori decebat vicum in primâ ætate Angelic.

licum, heroem in robusto.  
Nox illi perfepè vigil dueta  
in delicijs Dei: quem ubi-  
que præsentem perpetuam  
consuetudine ad opem suæ  
renitati forendam religiosè  
vocabat. Vnde illi vis ani-  
mi vegeta, & vires corporis,  
ac dulcis de fideli Deo fidu-  
cia, illis etiam quas de diui-  
næ perfectionis excelsitate  
particulatim in Deo. sapè-  
mente tractabat commenta-  
tionibus validissimè confir-  
mata.

Oratio.

Parvus Joannes, seu

Nicolanus Odoratus Coad.

Hic in Anglia sub adscito  
Ioannis Parvi nomine latuit.  
& in puerillo corpore magnam  
animi vires ostendit. Excel-  
lit in ingenio ad invenientiam  
accommodandumque latibras  
in quibus delitescerent Pa-

Anglus.

Londini.

12. Nov.

1606.

tres , & sacer apparatus .

*Fides.* Non semel in carcere , catenâ grauis , colaphos , incendiam , & alia perpessus est quæ hæreticus furor in Catholicos exercet cum rerum potiuntur hæretici . Cilicum

*Mortis.* tamen , idque persanè aspernum , nunquam à corpore deponebat . Per tres ipsas horas tortus , pependit ferre onustus ; sed nihil quod fidei , nihil quod fidelibus noxæ fore dixit , aut admifit .

*Humi-  
ras.* Eâ fuit modestiâ , ut velut indignus Coadjutoris nomine , semper se pro Pattum famulo potius quam Coadjutore haberi optaret . Cum ieiunia captiuus teneretur ; scireturque quam nobilis exercitum latibraeum artifex esset , miris , longis , inuictatis per septem horas ipsas

tor-

tormentis excarnificatus est  
per continuatos plures dies,  
visceribus ipsis suenibus.  
Iea fortissima, & innocentia  
magnisque virtutibus diues  
illa anima lacerum corpus  
memorabili fine deseruit.

P. Franciscus Riberias.

Goæ ad Societatem ag-  
gregatus, Mozambico por-  
teat ad Cafres in extrema  
zona torrida fitos profectus  
est, missu maiorum; & cum  
Rege non parùm profecie  
pro Christi lege prædican-  
da, erigendâ Cruce, templis  
excitandis. Ea res Sarace-  
norum pro lege Mahometi  
contra Christi legem sata-  
gentium odio excitauit qua-  
re illum ad aras diuino sa-  
crificio intentum hastis arâs-  
fixum interemere, hostiam  
gloriosam.

P. 5

P. Fran-

Lusitanus  
in Africa.  
incerto  
mense.  
1620.  
etatis. 36.  
Soc. 21.

Fides.

Sacruum.

316 Audi dicit ille fr.

P. Franciscus Fernan-

dus.

Cocino Bengalanum in

Regnum anno 1598. missus,

ibi linguam perdidit; &

quæ dicendo, quæ scribendo

ad fidem Christi plures ad-

duxit. Pacem Lusitanos in-

ter ac Barbaros forte rixan-

tes dum conciliaret, à tur-

ba probris & pugnis pessimè

acceptus, ad carcerem abre-

ptus, in ferro & ærumnis

diem extreum obiit, si non

fidei victima, certè virtutis.

P. Iacobum de Mefquita

hoc die putant aliqui diem

ultimum morte consecrif-

fe: nos de illo 4. Novem-

bris.

P. Roebus Gonzalez de

S. Grace.

Hispano quidem ortu, sed

na-

Lusitanus.

quod Cha-

eganos.

14. Nou.

1602.

Indus.

in Para-

guaria.

15. Nou.

1628.

stat. 52.

Soc. 19.

natali solo in Paraquaria na-  
tus, & educatus est in Re-  
ductione Beatiss. Virg. Af-  
fampe, ut vocant. Varios  
istic populos mitigauit, &  
Christo subegit. In Vru-  
gaicam Provinciam primus  
Christianus intrulit anno 1620.  
& primæ ibi Colonizæ, seu  
Reductioni, Immaculatæ Cō-  
ceptionis nomen dedit. Ip-  
se barbaris mapalia concin-  
nabat, Rempublicam, &  
magistratus distinguebat; le-  
ges & agros dabat; commu-  
nis omnium custicus, agrar-  
iae œconomiae p̄fectus,  
Pater, magister, omnia.  
Quæsius est aliquando ad Fidei  
necem; cum autem non re-  
periretur, templum & Crucem  
diruta iecit. Etiam terram  
Tape lustravit. Post facuum

P 6 ce-

celebratum, ab irruentibus  
cohieratis bicubitali clauâ  
lignâ silice armatâ in P.Ro-  
chi caput vibratâ, eius cere-  
brû humidispersum est, alijs  
alia vulnera certatim exag-  
gerantibus, & mox barba-  
ro plausu orto. Inde ita ve-  
erat quassatum caput rese-  
ctum est. Quinquaginta tres  
barbari testes affirmant au-  
ditas cordis à pectore P.Ro-  
chi has voces: *Occidistis*  
*eum qui vos diligit: occidistis*  
*corpus meum: & offa mea con-*  
*tinuitis: at non animam, que*  
*sunt inter Beatos. versatur in*  
*Calo. Multa vobis calamita-*  
*tes euenient ob mortem meam:*  
*quia venient filii mei pœnas*  
*repetituri, ob violatam Dei*  
*Matri imaginem. At illi:*  
*Hem præstigator ille adhuc*  
*lo-*

Cor.

Charites.

B.Y.

loquitur & Mox euulsum.  
 illi cor è pectori loqui de-  
 sijt. Cor ia ignem vnâ cum  
 teli cuspide incitum, com-  
 busto celo, integrum inuen-  
 sum, & anno 1633 Romam  
 perlatum est. Omitto ea  
 quæ de iumento illius per-  
 scribuntur.

P. Alphonsus Rodri-

guez.  
 Innocens illi ad mortem Hispanus,  
 usque fuit conscientiæ san- ibid:  
 ë nitor; ingenium litera- Soc. 14.  
 turâ multâ instruatum: sed  
 oculi hebetes, à fusis crebro-  
 lachrymis, cogitatis potis-  
 simum cruciatibus amantif-  
 simi Crucifixi. Cæso P.Ro- Drati  
 cho, ignarus quid rerum  
 turbaretur Alphonsus pro- li-  
 dijt; & non uno Indico aci-  
 nace in capite sauciis, in-

*Fidel.**Crucif.  
am.**B.P.*

*Iudic.*  
*epid Te-*  
*peguanor.*  
*16.Nov.*  
*1616.*  
*act. 35.*  
*Soc. 12.*

lumine et opere concidit victima fortunata. Et huius, & P. Rochi e adauera vulneribus cooperata, circa templum raptata, truncata, ignis iniecta, vna cum ebur-  
ne altero & altero plum-  
beo Crucifijo. Sed tam  
corpora quam Crucis affixi  
Christi simulachra postridie  
integra inter cineres templi  
reperta sunt. Sacrificialis  
liber, & Beatisissimæ Virginis  
Matris imago frustatim dis-  
cerpta; ob quam cor P. Ro-  
chi eis, uti dixi, minita-  
bundâ voce loqui auditum  
est.

*P. Ferdinandus de Te-*  
*zar.*

Celiacanæ in Hispania  
noua claris natalibus, & be-  
neficâ erga Societatem stir-

pc

pe oreus, ingenio ad omnem  
 literariam disciplinam, &  
 ad Ecclesiastre dores ac mu-  
 nis prompto Societatem or-  
 nauit. Beatissimam Virgi- B.P.  
 nem precibus varie coluit;  
 sed imitatione potissimum  
 virginitatis, & humilitatis.  
 Mater illius, pia, & locu-  
 ples vidua, usque cum nepte,  
 sanctimonialibus se adiun-  
 xit. Apud Tepeguanos dum  
 pro re Christiana satageret,  
 contra illum, & socios, ac  
 religionem denique Chri-  
 stianam, barbaros illos con-  
 citauit homo veneficus: cuius  
 verbis efficacitatem addidit  
 adspectabilis palam dæmon,  
Demon.  
 tristia illis minatus omnia, ni  
 venefico illi parereat. Ergo  
 P. Fernandius humili profi-  
 gatus, & impotore lancea  
n. 11  
 con-

Fida.

confossus est : atque barbaris  
ibrena exprobrantibus, di-  
centibusque : Itane peracta  
iam vobis videntur omnia  
cum vestro illo carmine :  
*Pater noster, Ave MARIA ?*  
Videbimus quomodo Deus  
ille quem prædicant hunc  
suum mortuum suscitabit :  
P. Ferdinandus cum olim,  
tunc adhuc puer , videret  
matrem suam occupatam in  
scrinio paruulo præparando,  
ut in illo P. Gundisalui Ta-  
piæ in odium fidei tunc cæsi  
caput reconderet, dixit Ni-  
mis angustus est loculus iste  
pro illo capite . Serua hoc  
scrinium capiti meo, Mater:  
nam & ego sic cædar . P. Fran-  
ciscus Arista Missionis Su-  
perior, persanctè testatus est,  
Patrem Ferdinandum illico

Mors.

11.12

ab

ab obitu sibi conspectum,  
pallidum, specie mortuali;  
mirantique sibi, ac petenti  
ecquid cum illo ageretur;  
mox vulnu hilari respondisse:  
*Bene, feliciter! In Calo*  
*bona omnia mihi abunde sunt.*  
*in Deo omnia bona possideo:*  
*nec quicquam aliud mihi de-*  
*siderandam est.* Et videri  
defuisse. Matri quoque illius,  
Mexici venerabili spe-  
cie vir de Societate quispiam  
per quietem dixit; Eius fi-  
lium odio fidei etiam esse;  
ac paulò post, appulso istuc  
mortis nuncio, veritas dicti  
apparuit; mira cum ijs con-  
fessione quæ matri iam olim  
puer de se à barbaris cæden-  
da, ut retuli, prædixerat  
Ferdinandus. P. Petrus Or-  
tigosa; eius olim magister,

per

*Celuc.*

per quietem vidit agmen aduolantium ad se in candida nubecula pulcherrimatum columbarum, quæ cantu quodam eum ad Deum laudandum inuitabant, canentes: *communem omnium Dominius laudibus efferamus.* Inter hæc alis blandè plaudebant; & Petri brachio insidebant. Dux aliarum sc. Patris Ferdinandi species præbuit agnoscendam è columba velut mox homa. Ec hæc Petrus iure iurando affixauit.

*P. Joannes de Castille.*

In Paraquaria pulcherimis perficiens laboribus cū P. Rocho, de quo hæc dixi, Caciquij dominatatem fibi arroganteis iussu, dum dominio officio recitando intendit, fu-

Mispanus.  
in Para-  
quaria.  
17. Nov.  
1628.  
a. 41. 33.  
Sec. 14.

fustibus verberatus, faculis  
confixus, ense tribus vulne-  
ribus sanguis, nudus per aspe-  
ra perque aquas fune raptus,  
orabat Deum latine; ac  
vernaculo idiomate ingemi-  
nabat identidem: *Tapare;*  
id est: *Sicut haec Dei amore.* *Amor Dei.*  
Expanso deinde in crucem  
brachijs, arbori allegatus,  
percussus dno bus. saxis capi-  
ti illis interemptus est. Ca-  
daver à tigridibus intactum,  
flamnis aboliitum: Crucifi-  
xi effigies in templo contri-  
bat: Sc ille diuinitatis affecta-  
tor, sacrâ per ludibrium in-  
ducens bapeizatos coadu-  
nauit; corumque vertices  
aqua calida abluit chrisman  
abolendo; linguis testa re-  
xit, salu baptismatis era-  
dendo.

*Fides.**Patientia.**P. Di-*

## P. Didacus de Orofco

Hispanus.  
 agn. Fe-  
 peguanos.  
 16. Nov.  
 1616.  
  
 Nov. 1616.  
  
 Eust.  
  
 Illustri ortu, Marchionis.  
 Mortaræ nepos, cùm puer-  
 adhuc esset, aiebat se So-  
 cietati daturum nomen; in-  
 Indiam transmissum; ibi-  
 que caedendum in odium fi-  
 dei Christianæ. Apud Fe-  
 peguanos passus licet duris-  
 sima, tamen corpus tenerum  
 flagris ac cilicijs atterebat,  
 seruanda virginitatis che-  
 fauro; quem de seruauit.  
 Extremo die, prædixit Chris-  
 tianis; eis dic sibi moriu-  
 dum esse: id quod factum.  
 Etenim cùm Sanctissimum  
 Eucharistia Sacramentum  
 portaret, visi sunt illud homi-  
 pi: barbari a dorre. Aiebat  
 ille: praesentem isti cl essem  
 Deum, qui bonis præmia,  
 ma-

malis verò supplicia esset  
 redditives. At illi, menti-  
 ti cum dicebant; Deum  
 enim Christianorum non lo-  
 qui. Irritatur in factam py-  
 xidem (quam custodiam &  
 ciborium vocant) sparguntur  
 sacre particulae: imago Bea-  
 tissimae Virginis (quam na-  
 bilis vir pone gestabat) dis-  
 cripitur; Christiani cedun-  
 tur. P. Didacum barbari  
 oculo corripiunt, & eo in al-  
 tum sublato clamat id quod  
 ab eo in sacro scepè audie-  
 rant: *Dominus vobiscum.* Re-  
 spondent alij: *Et cum Spi-  
 ritu tuo.* Interea unus quis-  
 piam dorsum illi, ac pectus  
 iaculo eminus transuerber-  
 rat. Humi prostrato in cru-  
 cis modum explicant bra-  
 chia, illo dicente: *Agerent;*  
*sibi mori pro Deo certum esse.*  
 Tum

*Fides.**B.V.**Mors.*

**Tum securi sœviens in eum  
Cilicum.** quispiam, illum à tergo à  
vertice ad imum usque diui-  
sit. In femore invenimus ci-  
licium quod profundè in-  
carnem penetrārat.

*P. Bernardus de Cisneros.*

**Hispanus.** Anno 1605. in nouam Hi-  
*ibid.* spaniam nauigauit: ubi la-  
*18. Nou.* bores, verbera, vulnere plu-  
*1616.* ra percessus est; ob idolum  
*et stat. 34.* euersus. Indus quidam il-  
*Soc. 17.* lum tribus plagis pectori in-  
flictis prostravit; sed Bernar-  
dus curatus est; nec auto-  
rem prodidit. Postea lan-  
ceâ confixus, extremum.  
in capite vulnus accepit, &  
obijt.

*P. Ludouicus de Alabes.*

**Indus.** Claro in noua Hispania  
*ibid.* genere orti Ludouici nomē  
*18. Nou.* cùm in album baptizatorum  
*16. 6.* referret Parochus è S. Do-  
*et 1. 27.* mi-

minici familia religiosus ,  
quadam præclaræ illius mor-  
tis vaticinatione, solius illius  
nomen, præter morem, gran-  
di & rubro charactere in li-  
brum reculit. Putatur bapti-  
smalis , quam vocamus, gra-  
tia iacturam fecisse nunquā  
per aliquam grauem noxam.  
Perspicax conscientię suę cu-  
stos , in illa , velut in radio ,  
etiam atomos peruidebat .  
Modestus illi vultus, & ocu-  
li sæpen numero in cælum  
sublati , cùm eas preces vi-  
braret voce vel suspirio ,  
quas iaculatorias appella-  
mus . Ad mortem cruentam  
se multâ sui afflictione pa-  
rabat , frequenter tres qua-  
tuorūc horas orasse ani-  
maduersus , & Beatissimæ  
Christi Matris omni studio  
colendæ perstudiosus : à qua  
etiam

*Innocens.*

*Oculi.*

*Oratio.*

*Cælum.*

*B.V.*

etiam certior factus est, fore  
ut in odium fidei cæderetur  
dic quoque numinatim præ-  
sticuto quo id futurum esset.  
Ajunt illam et ei locutam.  
Et verò coram B. V. imagi-  
ne orantem vidi quispiam,  
vocemque humanâ longè  
augustiorem audivit quæ illi  
mortem illam gloriosam  
promittebat; Ludouico gra-  
tias impensè agente, ac an-  
nuente. In sacro auditus est  
dicere: Itane, Domine, ta-  
li morte cademus? Et om-  
nes? Fiat voluntas tua. Un-  
de & F. Sebastiano Monta-  
no Ord. Præd. disertè præ-  
dixit fore ut vterque in fidei  
odium trucidetur. id quod  
cuenit.

*Mors.**Sacrum.**Hispanus.*  
*in vico**S. Ignatij.**18. Nou.**1616.**etatis. 40.**Svc. 15.**P. Ioannes de Valle.*Indos industriâ continua-  
tâ mirum in modum iuuabat

cx-

excolebat. Ipse quoque arabat, ut illos arare doceret; ipse illis coquus, Pater, frater, minister, omnia. Mul. *Charitas.* ta probra (etiam à Christianis Europæis diuitibus) perpeccus est, & falsas calumnias. A sacrificio reuertentem, sacrificali ad *Fides.* huc apparatu induitum colapho percussit barbarus: & causam rogatus; causam esse dixit ipsum sacrificium quod celebrasset. At hæc illi valde crebra & visitata fuere. Ipse ut seipsum ad sanguinem usque cæderet, foras in agrū secedebat. Pacificatoris verbis, & artibus mirè præstebat. vnde illi *P. Ioannis à Pace* nomen adhæsit. In cubiculo in quo eum esse constabat quisitus ad necem à barbaro, videri non potuit,

Q li-

*Mortif.*

*B.V.*

licet barbaro compertum es-  
set Ioannem istic esse. Glo-  
riosæ cæli Reginæ Iupra-  
quām explicari satis possit  
fuit addictus. Audito MA-  
RIÆ nomine erubescet,  
oculis colliquescet, arde-  
bat. Voto quotidie instau-  
rato promittebat, se nil ne-  
gaturum quod illius nomi-  
ne peteretur, si suæ condi-  
tioni esset consentaneum id  
præstare. Chirographum  
suo sanguine conscripsit,  
quo se illi in mancipium de-  
dicavit. Rosarium ei erat  
loco catenæ mancipij, quod  
in flexis genibus quotidie  
recitatbat. Clientelæ pre-  
mium, tessera, tributum erat,  
quicquid cogitaret, loque-  
retur, aut ageret, Virginis  
Beatiissimæ dedicare. A fe-  
stiis B. Virginis per octo dies

*Li.**Manci-  
pium.**Festas  
B.V.*

Litanias illius septies quotidie recitabat. Familiare illi erat, Sabbato & B. V. festis, atque vigilijs illud rosarij genus, quo ei centies & quinquagies, loco salutationis Angelicæ, gratulabatur de tantâ gloriâ maternitatis cum virginitate conjunctæ. Celebrem quandam Deiparæ augustæ imaginem interdiu quotidie, ac noctu sæpius visitabat; quæ postea, eodem tempore quo ille trucidatus est, telis confixa est. Nihil aggrediebatur vñquâ nisi priùs consilio & auxilio. Deiparæ implorato. Trimestri ante mortem scripsit; se ante trimestre in fidei odiū occidendum à Tepeguanis. Aliqui in inclytæ illius mortis omnes vertere, quòd in caput P. Ioannis Missæ sa-

*Litanie.**Sabbatum.*

Q 2 cri-

crificium celebrantis palma  
è S. Agnetis statuꝝ manibus  
sit delapſa. Virginem ſem-  
per vixiſſe, ac eò etiam Dei-  
paræ chariſſimum fuſſe,  
comperfum eſt. In eius col-  
lo pendens lipſariotheca re-  
perta eſt cum particula  
S. Crucis, & chirographo  
quo ſe Beatissimæ Virgini in  
mancipium dedicārat. Pe-  
tierat ab illo Guadaniæ Gu-  
bernator particulam Crucis  
Christi. Respondit Ioan-  
nes; habiturum, ſed alibi.  
Respondit promiſſo cumentus.  
Et enim inuenta de eius collo  
pendens illa Crucis particu-  
la eidem Gubernatori cefſit,  
memori promiſſi à Ioanne  
ſeruati.

*Hispanus.  
apud Te-  
panguanos.*

19 Nov.

1616.

*etatis. 42.*

*Soc. 23.*

*P. Ivanneſ Fonte.*

Vir vnde quaque impiger  
ad labores magnis etiam  
ac

ac multis ærumnis graues,  
cum sitis illum non raro ad  
lacunas ipsas bibendas com-  
pelleret. Ipse laterculos In-  
dis conficiebat, ut domos  
extruerent; ipse aratra fa-  
briebat, agroisque colebat;  
ipse infirmis coquus, medi- Charitatis  
cus, mediastinus, cibum Zelus..  
in os inferebat: omnes blan-  
dè, se verò longè seuerissi-  
mè, habebat. Linguas feli-  
citer memorix commendava-  
uit; Tepeguanam artictiam  
illigauit ut disceretur. Mul-  
tes Christo lucratus, idcir-  
co in carcerem aliquando  
ad mortem fame istic obieun-  
dam conieetus est. Eius cada-  
uer inventum cinctum cili-  
cio. Tertio post mense tam  
huius quam PP. Ioannis de  
Valle, Ludouici de Alabes, &  
Hieronymi de Moranta cor-

Q 3. po-

pora humi nuda, planèque recentia reperta sunt, duobus canibus illa custodientibus. Integer item manipulus cōcionum, nil corruptus inter tot imbræ, ac niues.

*P.Hieronymus Moranta.*

*Hispanus*  
*ibid.*  
*stat. 41.*

*Morif.*  
*Crucifi-*  
*aus.*

*Oratio,*

*Sacrum.*

Fuit socius P. Ioannis in vita, & morte. Deprehensus est aliquando in loco ab arbitris remoto, Crucifixi Christi effigiem tñenens manu alterâ, alterâ se flagellans, & plorans ubertim, oransque pro salute Indorum, ac pro efficacitate concionum, ut ex in corda profundissime penetrarent. In de concione quadam vnicâ facile quingentos conuertit. Hispani illum Sancti nomine appellabant ab excelsâ existimatione virtutis, Columba circa illum sanctifi-

ficantem volare visa est non  
semel sanguinis fundendi in-  
dex . Cædendum in fidei  
odium prædixit Alphonsus  
Rodriguez ; id quod hoc de-  
mum die patratum est . In  
huius quoque cædauere cili-  
cium est repertum .

*Mortif.*

*P. Ferdinandus de San-  
taren.*

Per annos 23. in missioni-  
bus Indiæ versatus , virginini-  
tate , ac sanctimoniaz laude  
illustri asperfima multa per-  
peccus est . Supra 40. noua  
templa istic erexit : & vt mi-  
nimùm quinquaginta millia  
capitum suâ manu baptiza-  
uit . Aliquando à duobus  
Indis petiti arbore alligari , &  
dorso toto sagris concidi .  
Magna in illo eminuit cu-  
stodia oculorum , suaq;is pla-  
cido in ore verborum vis ac

*Hispanus .*

*in Tene-  
rapa .*

*20. Nov.*

*1616.*

*Fides .*

*Mortif.*

*Oculi .*

robur, & dulcissimæ in tot  
 periculis ac rebus aperrimis  
 è cælo voluptates. Aiebat;  
 quod velle ærumnis carere fit  
 idem ac velle Christo tergum  
 obsertere, atque illum solum  
 sub Cruce relinquere. Finem  
 ærumnarum reperit in mor-  
 te, quam illi Tepeguani  
 odio fidei, quæ latius se por-  
 rigebat, accensi infilere.  
 Cùm cæderetur humiliabie-  
 tis, rogabat; ecceur occide-  
 retur. Respondere barba-  
 ri: Satis superque esse cau-  
 sæ ad cædem quod Sacerdos  
 Christianus esset. Ita illi claua  
 confractum caput cerebrum  
 que dispersum est.

P. Egidius de Abreu.

Lusitanus. In India orientis, cùm  
 Iacatra. in Iaponiam proficeretur,  
 incerto ab hæreticis Batauis tentus,  
 mense. biennio in careere salutari-  
 ter.

ter instruxit Catholicos ibi-  
dem viatos., & expiavit,  
atque in fide firmavit; ne il-  
lam sub haeretico iugo spe-  
aut metu industi defererent.

Eapropter ab haereticis con- *Fides..*  
tumelijis, inediâ, & vario  
cruelitatis inhumanæ inge-  
nio cruciatus, cognomen-  
tum apud illos habebat fe-  
rè *diaboli*, & *Rapista*. De-  
mum plagis quoque adie-  
ctis confectus, yictor animam  
edidit..

P. *Ludovicus Alharez..*

Concionator tantus fuit,  
vt summus Pontifex Præpo-  
sito Generali dixerit, se au-  
ditione accepisse, esse in  
Lusitania Ecclesiastæ cuius-  
dam de Societate facundiam.  
tam sanctam, nomenque  
tam inlytum, vt *Paulus* au-  
diat & dicendi vi singulari..

*Lusitanus..*  
*Avisij..*  
*25. Nov. 1590..*

*Conciones..*

Q 5. Pe.

*Momif.*

Penetrabat aures, & corda :  
 idque ut faceret, arte illâ  
 vtebatur, ut ad concionem  
 dicturus se acerrimè verbe-  
 raret, ac fieret coram Deo,  
 oraretque flagrânter. Etiam  
 in ætate prouectâ pedes obi-  
 bat missiones trans Tagum,,  
 libros ipse baiulans & cibi  
 aliquid ; ut nobilium conui-  
 via euitaret. Si nihil secum  
 attulisset , precario visitâ-  
 bat , Xenodochio diuerso-  
 rij vice vsus . Mundum mu-  
 liebrem insectatus est Apo-  
 stolico spiritu plenus, citra  
 humanas spes aut metum,:  
 & prædixit ; breui fore, ut  
 vanum petulantemque illum  
 splendorem barbaris darent  
 fœminæ, ad maritos è vincu-  
 lis redimendos; id quod post  
 Africanam Sebastiani, Regis  
 amabilis, cladem factum. So-  
 cie-

*Concio..**Vanitas  
fœmina-  
rum.**Vocatio..*

cietatem tanti faciebat, ut diceret; se à porta nostra non recessurum, etiam si è Sociorum numero pellere-  
tur. In Christi Crucis affixi *Crucif.*  
cogitatione mentem ita de-  
sigebat, cùm aliás, tum verò *Patiens-*  
quando erata illi nescio ubi  
caro ter à chirурgo secaba-  
tur; ut nihil doloris persen-  
serit, certè fortissimè dissimu-  
lārit. A quodam, qui pra-  
uos suos mores ab ea cor-  
ripi ægrè ferebat, vene-  
num illi in missione por-  
rectum haud vana opinio-  
est. Vbi virus in venas  
grassari aduertit, in Xeno-  
dochium (non autem ad  
nobiles inuitantes) deferri  
voluit, gratias Deo agens,  
quòd in loco pauperum  
moreretur. Corpus Ebo-  
ram illatum est, pompâ om-

Q 6 nium

nium ordinum ratò ibi spe-  
ctatâ..

P. *Antonius Franciscus:*  
*Critana..*

*Hispanus.* Anno 1584.. in Indiam, in Iapo- inde in Iaponiam penetra- nia.. 28. Nou. uit, zelo, & religione erga 1614. SSS. TRINITATEM ac Dei. etat. 64. param Virginem prorsus cō- Soc. 43. spicuâ. Post felices ærumnas, & Euangeliū totis viribus. Eides.. propagatum, proscripto, & in exilium naviganti, mors grauissimis ærumnis accele- rata vitæ finem atculit.

*Leonardus Kimura. Coad.*

*Iapon.* Maiores habuit quorum, *Nangasat-* vnuus ab ipso S. Francisco Xa- *chi.* uerio fuerat baptizatus. Li- *28. Nou.* cèr. Nangasachi nobilis es- *1619.* set, ac literis perbenè ope- *etat. 44.* ram nauasset, tamen maluit *Soc. 17.* Coadiutorum albo adscribi, *Humilit.* insigni exemplo. Alijs è Ia- po.

ponia extoribus, ipse,  
 superiorum iussu, latuit Nan-  
 gasachi, ubi in carcere  
 coniectus, in eo vñā cum  
 alijs vixit velut in religiosâ  
 domo. Manè horæ duç com- *Ordo*  
 precationi datæ, altera ei *dier.*  
 quæ mente, altera cinqvæ  
 voce fit. Inde recitatæ San- *Oratio*  
 etorum omnium Litaniae Re-  
 liquum otium pijs libellis  
 lectitandis impensum vñque  
 ad prædium. Post meri-  
 diem vñā iterum horâ ora-  
 tum. Inde horæ quatuor le-  
 gendo, scribendoq; trāsmis-  
 sæ, iterumque secutæ per ho-  
 ram oratio. Feria quartæ,  
 sextas & Sabbatum ieiunio,  
 ac flagellationi dedicaban-  
 tur. Feriâ vi. in honorem  
 quinque vulnerum Crucifi-  
 xi, per quinque horas ora-  
 tum. Vno anno, cùm siue, *Mornif.*  
 fo-

socijs hæreret in carcere, per angusto, nihil de consuetate animi hilaritate dimisit, inediā se & quotidianā verberatione afflictans. Octuaginta sex capita ibidē Christo addixit, & abluit. An Iesuita esset rogatus; affirmavit: cur in Iaponia persistisset contra decretum; respondit: *ut Christi Euangeliū prædicarem*. Tum Iudex bis repetitā voce dixit: *Idecircō igne absumentum esse*. Mox actis gratijs Leonardus testes voluit adhiberi; se Euangeliū causā damnari. Stipiti alligatus, igne iam in flamas gliscente ac erumpente, nullam doloris significationem dedit; aiebatque sibi nihil dolere: suave esse dulce illud incendium. Ambustis vinculis,

*Lata patera-  
tentia.*

Mors.

li-

liberâ vtraque manu pru- *Oratione*  
nas collegit, & illis caput,  
veluti rosis, coronans, ceci-  
nit: *Laudate Dominum, omnes*  
*gentes*; Christianis interea,  
IESVM & MARIAM cla-  
mantibus.

*Rosæ.*

## DECEMBER.

P. Edmundus Campianus.

**R** Omâ Brunam ad tiro-  
cinium missus, in Bo-  
hemia postea Rheticam, *Auglus.*  
Dialecticam, Physicam do-  
cuit. Romam redire iussus,  
missu Pontificis in Angliam  
profectus est pedes cū P. Ro-  
berto Personio anno 1580.  
Audiebatur cum lachrymis  
à Catholicis, etiam quando  
*Missificantes*, ut ipsi Sacer-  
dotes vocant, decreto pro-  
scripti sunt. Tunc dece-  
ra- *Londini.*  
*I. Decembris.*  
1581.  
*stat. 41.*  
*Sue 8.*  
*Eidem.*

rationes pro religione. Cā-  
 tholica scripsit solidè, & la-  
 tinè, quas nemo sapiens le-  
 git qui non laudauerit. Mul-  
 tus ille libellus ad orthodo-  
 xā veritatem lux fuit, & fir-  
 mamentum. Iudas Eliattus  
 proditor infamis Edmundum  
 tandem comprehensum 17.  
 Julij tradidit tribunali, adeò  
 bilarem, ut in eo innocens  
 illa lætitia, & facundiæ sua-  
 uitas vel ipsis hostibus la-  
 chrymas excufferit. Dispu-  
 tationes acres, & clarâ Cā-  
 plani vincentis gloriâ pera-  
 cte. Auditâ capitî senten-  
 tiâ, *Tē Deum laudamus* pro-  
 nunciauit, & populo palam  
 ostendit quanta sibi à Sena-  
 tu & alijs promissa essent  
 præmia, si à Catholica reli-  
 gione defisceret. Vimi-  
 neis cratibus ad patibulum  
 ra-

raptatus, de plaustro ad populum, spectaculum factum sumus, inquit, mundo; Angelis, & hominibus. Appensus furce, & mox in quatuor partes lectus est, more Angliae iam recepto. Fuit Campianus vir magnis ingenij, magnis virtutis, magnis tam gloriose mortis laudibus celebratus. Aiunt, Alephi iudicis ijs audiendis, quæ contra Campianum dicebatur intenti chirothecam, ultrò copioso sanguine manasse; nullo in manu vulnere, dolore nullo, sanguinarij signum iudicij. Tamesis Londinum interfluens, tempore quo eneabatur Campianus, torpentibus vndis, præter morem immotus stetit. Græcij anno 1606. pro salute yxoris in partu laboran-

rantis, Campianum, suum,  
olim magistrum, implorauit  
vir nobilis; & coniux mox  
paruulum salua enixa est, ac  
nato Campiani nomen da-  
tum. Baronijs in notis Mar-  
tyrologij Romani 29. Deca-  
de Anglicanis fidei heroibus  
præclarè laquitur, & parti-  
culatim de illis quos, inquit,  
*nunquam* Sancta Societas Iesu ve-  
luti agnos innoxios, in sacris  
septis, sanctis eruditionibus,  
acceptissimas Deo hostias fa-  
ginauit. Videri potest lau-  
datus locus.

*P. Alexander Ioannes  
Briantus.*

*Anglus.* Angelici oris, & eloquen-  
*eaem die* tiae, Apostolici spiritus vir,  
*ibid.* post biennium Lödini sacris  
laboribus impensum, anno  
1581. 28. Aprilis in carce-  
rem datus est, ibique fame  
in-

incredibili , siti , equuleo  
deinde sepiùs ac dirè vexat-  
tus . Scripsit in carcere epi-  
stolam , in qua dicit se ante  
biennium de Societate incū-  
dâ cogitasse , nunc verò Sa-  
cramento spopondisse id se  
facturum . Ante tormenta , Vocatio.  
recitato Beatissimæ Virginis B.V.  
rosario , se delicijs cœlestibus  
mirificè perfundi persensit :  
id quod ipse testatus est : &  
adiecit in tortura ultima se  
quietum solatij plenum , do-  
loris expertem fuisse . Ad-  
mitti ad Societatem petijt ,  
& est admissus , yotis quo-  
que mox editis . Hæc ille  
scribens , adiunxit : Testis  
dies iste , testis & hoc Chiro-  
graphum manus meæ in die  
iudicij . Cum crucem gestans Crucifi-  
ad tribunal prodiaret , iussus sus.  
est illam abijcere . Sed ille :

No-

Nolo, inquietabat nolo. usque  
ad mortem vexillum meum,  
Crucifixi miles, deserere.  
Ibo ut moriar pro illo. qui  
pro me mortuus est prior.  
Ita post Campianum pari-  
morte damnatus est, & inter-  
ficiens. Remundus, & alij  
quidam, aiunteum de fur-  
ea deiectum in pedes consti-  
uisse.

P. Ioannes de Carpio.

*Hispanus.*  
*Ogmurū.*  
*3. Decemb.*  
*1634.*  
*etas 51.*  
*Soc. 20.*

*Zetus.*

In Philippinis (à Philippo  
II, Rege Catholico sic di-  
ctis Oceani insulis) magno-  
perē laborauit, iuxta votum  
illud quo se cōceptis Sacra-  
menti verbis Deo in anima-  
rū salutem deuoverat. Apud  
Pictos Indos, quicutem pun-  
ctim pingunt, perquam stre-  
nuè in aliorum salutem in-  
cubuit; sed ita ut suæ quo-  
que intentus, nullam omni-  
nò.

nò è legibus instituto nostro  
præscriptis laxârit. Mindanai Insulæ Regulus eger Ma-  
hometo voverat, se, si con-  
ualeficeret, omnium quos  
nâcisci posset Christum pre-  
dicantium Patrum capita il-  
li sacrificaturum. Compre-  
hensus Joannes cæsus est aci-  
nace altè in caput impresso,  
cùm se Deo victimam, po-  
situm humi genibus, dedica-  
ret.

*Fides.*

P. Hieronymus de Angelis, &  
Simon Tempio lapon

*Nomitus.*

In tirocinio frano reguit,  
ne forte inediâ corpus con-  
siceret. Cum P. Carolo Spi-  
nola in Indiam soluit; ab  
Anglis postea caprus, &  
acerba multa perpessus. Il-  
lud mirum; quod è nauï in-  
mare prolapsus, nullius ope-  
adiu-

*Italus.*

*Iendi.*

*4. Dec.*

*1623.*

*etat. 56.*

*Soc. 38.*

adiutus, sub naui, à puppi  
 ad proram delatus emerse-  
 ferit, naui plenis velis velo-  
 cissimè volante. Anno 1602  
 in Iaponiam appulsus, istic  
*Fides.* etiam socijs præfuit: in plu-  
 res Prouincias intulit fidem  
 primus. Alijs in exilium  
 abactis, ipse diu latuit. In  
 Regno Cami cùm vix mille  
 Christianos reperisset, ipse  
 brevi decem millia capitum  
 baptizauit. Labores, erumna-  
 que tantas sustinuit, vt ma-  
 cie torridus vix iam agno-  
 sci posset, essetque planè  
 alius à seipso. In carcere  
 ipso captiuus alios quadra-  
 giuta captiuos ad Christum  
 conuertit. Damnatus capi-  
 tis, cùm ad supplicium vnà  
 cum alijs duce retur, causa  
 mortis illius descripta. & pa-  
 làm affixa est in hæc ver-  
 ba:

*Fides.*

ba: *Homines isti tam grandi supplicio mactantur, quia Christiani sunt.* Ita exustus est, post pulcherrimam ad populum allocutionem, humili flectens. *Simon Tempore Bonzij cuiusdam discipulo factus eius Socius, & laborum comes, optabat in Societatem admitti, & in odium fidei Christianæ occidi: vtrumque est consecutus.*

*P. Andreas Gualdanes.*

Hunc hoc die collocat *Iacobus Stratius* in suo menologio. Fuit P. Andreæ Oviedo Patriarchæ superstes, olim socius, vir sine dolo, ac in Abyssinorum salute in totâ contentione intentus. Vnde intra quinque mensium interuallum, eorum linguam perdidicit, & insti-

*Lugst.  
Mazua.  
5 Dec.  
1596.*

tu-

tutiones ac documenta fidei Christianæ Abyssinorū idiomate scitè descripsit , ad Schismaticorum reductionē . In Mazua deinde Arabici sinus insula, cùm Christianum, & quidem Sacerdotem, eum esse agnoscerent barbari ; à Turcis Christiani nominis odio incitatis tentus , & hastis transfixus est .

*P. Ieannes Metella , &  
P. Ludouicus Matthæus  
Polingottus .*

*Cùm in Matteigammen-  
Lufianus . si Ceilani Regni oppido la-  
Mettei-  
gamma . borarent fideles hi Euágelij  
6. Dec. fatores , Candiani milites  
1616. amore suæ sectæ ac suorum  
etat 32. sacrificiorum ( quibus ho-  
Soc 18. rum præsentia officiebat  
Alter Ita- quæ ampliū ) odioque  
llus . fidei , & illorum qui eam  
ibid. fidem prædicabant accensi ,  
etat 38. Soc 13. eos*

cos lanceis confixere , ac re-  
cisa eorum capita palam ha-  
stilibus affixa proposuere  
spectanda: cadauera verò ad  
Crucis pedem abiecere .

P. Carolus Garnier.

Aiebat se à B. Virgine  
collocatum in Societate . Anno 1636 in nouam Fran-  
ciam vela fecit : atque ut lex  
Domini immaculata , illius  
ore felicius seminaretur, pœ-  
nitentia Sacramento se quo-  
tidie perluebat, tenerâ clari-  
tate . Oratio illi felix fuit  
citra vlla turbamenta inter-  
pellantium cogitationum .  
Non nisi Supernaturalibus (ut Oratio:  
loquimur) principijs , ac ma-  
ximiſ nitebatur , nullâ curâ  
respectuum humanorum .  
Nullum istic ærumnarum ,  
aut expeditionum genus fuit  
in quo Carolus non fuerit

R ap-

Gallus.  
apud Hi-  
roqueos .  
7. Dec.  
1649.  
Stat. 44.  
Soc. 25.

Conf. quo-  
tid.

*Charitas,**Angelus.**Morbus.**Mortif.*

apprimè versatus. Eorum  
quos morti proximos iuuabat, Angelis Custodibus omne illud negotium impensiùs commendabat. & visus illi adesse aliquando fuit Angelus, cùm ægro ipse adesset, id quod æger de illo narrans: *Vidi, aiebat, iuuenientem pollucetem, lateris P. Caroli stipatorem: hic mihi horrator fuit, ut P. Caroli monsis parerem promptus; atque illius ductu proficere impensè contendarem.* Somnum breuem carpebat; nec aliter quam cinctu ferreo, & stellulis aspero ad lumbos accinctus: quo eodem cingulo ad cruentam sui verberationem vtebatur. Hoc die cùm Hurones Christianos ab Ethnicis Hiroqueis vexatos in tumultu, alios poenitentiâ ex-

expiaret, alios igni iam iniectos baptismō ablueret, duobus tribusvē globis trajectus est. Iacebat ille iam propinquæ morti vicinus, cùm conspecto Hurone Christiano (qui decem fere pedū inter uallo ab illo dissitus animam agebat) ad eum repreauit, & eum expiauit; mox penes illum triūphalem animā edidit, cùm tunc illicò eius caput iratus Hiroquæus barbarus securi gemino iectu impressâ ita confregit, ut cerebrum quoque illi elisevit.

P. Natalis Chabanel, eius socius, breui post illum, incertum quā morte, interiit. Dedi de illo plura in mortibus illustribus. Aliqui ab apostata quodam suis trucidatum haud ex vano

R 2 pro-

*Charitas.*

produnt. Argumentari licet è spolijs, & occasione planè idoneâ ; denique è minis illis quæ ex eius ore auditæ sunt dicentis ; breui que npiam è Sacerdotibus Christianis manu suâ cædendum.

*P. Iulius Cesar Margicus.*

*Iudas.*  
in Siam.  
incerto  
mense).  
1630.  
a. 44.  
Soc. 26.

P. Sertorius Caputus (vir ille sanctimoniae laude usque ad admirabilitatem celebratus) illi in Philosophia literarum simul & eximiae virtutis magister fuit. Optabat Societatem, ut Indias & martyrij gloriam istic adipisceretur ; cum tam fœcundas earum palmarum Indias esse literæ nunciarent. In India, post-alia, Siamesium saluti nauauit operam. ibi ab interprete suo perfido per calumniam accusatus,

tus, & occulto veneno fructibus illito peremptus est. Eius corpus ignoti & Angelico yultu ac maiestate conspicui adolescentes circumstare conspecti sunt.

*Indonicius Mendius.*

Missu S. Xauerij in piscariam oram projectus, ibi perquam diligenter operari boni munus impleuit. Cum autem in pusillū Christianorum gregem, innato in eam quam suscepserant religionem odio Ethnici cæde miserabili grastarentur, ac templo Christiano ignem circumdarent, blandè illös rogabat Ludo- uicus, ut ædilis sacrae ac innocis Christianis parcerent. Hæc agentem Maturus inceruice, ac inferno- ec vulnerauit: mox præci-

R 3 sum

sum illi caput à barbaris  
asportatum.

*Anonymi duo Patres,*

*& alij quatuor.*

*In Salset-*

*tir*

*incerto*

*mense*

*1554.*

*1555.*

*1556.*

*Hispanus.*

*Mindanai*

*13. Dec.*

*1655.*

*etat. 57.*

*Soc. 24.*

*Alter*

*Italus.*

*etat. 24.*

*Sec. 9.*

*In Salsettis ad Goam duo*  
*è Societate Patres lapidibus*  
*obruti sunt ab Ethnicis, &*  
*interneati: quorum nomina*  
*nobis ignota in libro vita*  
*sunt, ut speramus: uti &*  
*duorum Coadiutorum anonym*  
*orum in Brasilia in odium*  
*fidei peremptorum. Memo*  
*rantur etiam Patres Antonius*  
*Fernandius, & Ioannes Bei*  
*ta, incertum quo mense die,*  
*locò in Christi eiusque fidei*

*odium cæsi.*

*P. Alexander Lopez.*

*P. Ioannes Montiel.*

*Agnoeus. Cachil Cor*  
*ralatus Mindanai Rex pa*  
*cemtorum Hispanis iuratus*  
*pepigerat, praesens ac te*

*ste*

ste P. *Alexandro Lopez*, qui Regnum illud Apostolicis sedoribus rigârat; à Corralato tunc nō nisi *Fratris* nomine appellatus. Huius pacis (quam Corralatus variè turbabat) firmandę ergò P. Alexander, & P. Ioannes Montiel (qui anno 1654. Romā istuc appulerat) ad Corralatum Manilā ire iussi, omnes itineris comites Sacra-  
mento poenitentia expiavē-  
re; Patre *Alexandro* varijs  
quà precib⁹ ad Deum fu-  
sis, quà voluntarijs corporis  
afflictionibus in sc̄m illarum  
arduam comparato. Cūm  
verò Alexander, vna cum  
socio, haque comitib⁹ sibi ful-  
men (quod iamvis Corralati  
Regno erat) ingressi, nec ad  
eum intenderent, solē clá-  
ro repente obscurus, & in-

*Mortific.*

maiores sensim circulum, ut videbatur, increscens, cruentus apparuit: id quod & Indos Patrum comites, & Corralatum exterruit. Appulsi ad Corralatum Patries, dum ille literas aperit, & P. Alexandro, suo illi amico Fratris etiam nomine honorato, loquitur; Alexander opportunam eam occasionem ratus, blandè sermonem de Christiana religione induxit, cum verbis quam mollissimis exhortatus, ut rationum momenta pro fide ac baptismo militantia sapienter expenderet, ac iam veræ, tam necessariæ fideli lucem venire, adeoque baptismo expiari, ne cunctaretur; maximè cum ingravescens iam ætas chram salutis maturè habendam

*Fides.*

esse admoneat. Quare ageret, ac datam in articulis passionis pacis anno 1645. fidem de permittendis, ut in suo statu erigantur, Christianorum templis. liberaret, immo ipse quoque fidem illam æternæ vitæ adipiscendæ tam *Fidem.*  
necessariam complectereatur.  
Ex auctoritate ad hæc sibi tam confidenter dicta Corralatus; & elato vocis accentu ferocior dixit; tantum se à Christiana fide abesse, ut ipse prius Patres & Hispanos ad Maurorum sectam sit traduturus, quam ab illis ad Christiana sacra conuertendus.  
Sed cum à manter (ut alias agere cum illo confuerat) pro Christiana religione amplectenda rationes plures adduceret Alexander, & explicaret; futuræ sedem

M. S. P R. S pro-

proflijt Corralatus, mina-  
 citer circumspectans & que-  
 rens quidpiam quod in il-  
 lum posset coniçere: simul  
 quæ signum dedit cuidam,  
 ut illum è vestigia trucida-  
 ret. At ministro illo eçquid  
**Corralatus** innuerer minimè  
 affecuto, accurrit Regine,  
 quæ aderat, & Regem coniu-  
 gem amplexu stringens, fa-  
 milarem, qui illi de cingu-  
 lo pendebat pugionem, seu  
 aliud quodpiam enchiridion  
 militare, illi adimere nite-  
 batur; affirmante Rege, se  
 in eius gratiam illos illicò  
 non trucidasse, qui sibi au-  
 thores fuissent fuscipienda  
 fidei Christianæ: Patri, si-  
 mul comminatus, quòd si  
 vñquam de simili argumen-  
 to dicere sibi quicquam dein-  
 cepse auderet, se tam illuc  
                         quām

quam socium contrucidatum, instar animalium im-  
mundorum. Glorie id reli-  
giois & Christianis esse,  
martyrio potiri, dicentes  
Alexandro; eo ardentiis fu-  
rens Corralatus, respondie-  
breui utriusque martyrium mi-  
nimè defuturum, eosque in-  
de abstrusos abegit. Et ne-  
longum faciam; Patres non  
ita multò post quam ex au-  
lā cessere, ad Reginam,  
seu re vera, seu fraude eu-  
tati sunt; & per iter Alexan-  
der se in humeris ictum fer-  
sit, lanceaque percussum;  
aque illicè vnā cū socio &  
frequentissima irruentium  
Maurorum manu circumda-  
ti, eo in loco perempti sunt;  
Alexandro clamante; se li-  
benter vitam ponere in præ-  
dicatione baptismi: ac mox

R 6 ex-

Crucifi-  
xio-

expirante in amplexibus &  
osculo eius, quem de pe-  
ctore eduxerat Crucifixi. Ta-  
meti vero reliqui etiam co-  
rum comites ferè omnes  
deinde sint cæsi, hos tamen  
odio fidei esse trucidatos,  
& ex ijs liquet quæ dicta-  
sunt; & ex eo quod ipse Cor-  
ralatus ad Samboangensem  
Gubernatorem prescripsit:  
*Patres illos à Mauris suis Mi-  
nistris esse morte affectos, quæd  
eos ad fidem Christianam ad-  
ducere laborassent; cum eo-  
rum maiores minimè fuissent  
id genus fidei. Sectatores.  
Patrum corpora Indus quis-  
piam Christianus terræ má-  
davit; quæ ab eodem Indo  
post mensis integri curricu-  
lum exarata, ut in Samboan-  
giam mitterentur, sanguine  
ac vulneribus tam recenti-  
bus*

bus purpurea sunt reperta,  
quasi tum primūm fuisse  
occisi.

P. Martinus de Aranda

Valdivia.

Perillustri ex Hispanis  
dēmo in Chile natus, litera-  
rīæ aliquid, plus militari di-  
sciplinæ studij adhibuit. ado-  
lescens, dux equitum. An-  
no 1592. dum Prætoris mu-  
nus pararet capessere, Limæ  
in tirocinio factæ exercitio-  
rum solitudini se tantisper  
dare constituit: in qua ubi  
alciūs fluxam opum gloriam  
introspectit, Societatem fe-  
niturum voti religione fir-  
mauit; eamque impetravit  
sed non ita ut optabat, ad Humilitas  
Coadiutorum officia obeun-  
da. Studijs vtcunque per-  
functus, ad Ciuncios abiit:  
ubi reprobatur per asperrima-  
mon.

Hispanus.  
apud Eli-  
curanos.  
14. Dec..  
1612.  
etatis. 51.  
Soc. 20.

Vocatione.

**Charitas.** montium & siluarum, ac per  
 aquas non semel. Araucanis  
 deinde pestilentiae lues  
 tabescientibus obsequia sua  
 nauauit ; quibus charitatis  
 officijs multos Christo lucri-  
 fecit. Demum ad Elicuræ  
 populos cū P. Horatio Vec-  
 chio, & Didaco Montalba-  
 no missus, tertio die à bar-  
 baris neci est darus. Accu-  
**Fides.** fabantur, & odio erant Pa-  
 tres, quod nona legis seminato-  
 res essent ; & quod uxores à  
 Christianis è media barbaro-  
 rum accepta Christiana ritus  
 sint expiate hisce authori-  
 bus. Ergo genibus religio-  
 sè nixos inuasere sicarij, &  
 clavas ligneas ferreis muri-  
 cibus amentatas, atque re-  
 ferras, illorum capitibus illi-  
 sere : humi iacentes hastis  
 confixere ; ceruicibus quo-  
 que

que præcisus. Lætissimos, atque fortissimo animo cecidisse affirmat Indus, qui inter cadavera iacebat viuus. Aliunt alia aliorum cadavera ab aliis vorata; trium horum intacta relicta.

P. Horatius Vecchi.

Miti, semper virgine, ac pio erga Dei Matrem ingenio fuit Horatius. Romæ cùm inter tirones exerceretur, optagam futurę suę mortis gloriam diuinitus intellexit, diuinā synaxi perceptā. Anno 1603. in Americam abiit, Limæ Philosophicis Theologicisque disciplinis probè imbutus. Postea in Chile, Christi legem explicavit; demum apud Elicurahos, non nisi Christiano sanguinem molliendos, & subrigendos ad fidem. Ibi arbor-

*Italus.*

*ibid.*

*14. Dec.*

*16. id.*

*stat. 35.*

*Soc. 15.*

*Euch.*

*Cor. lo-  
quela.*

*ri*

ri alligatus . . . disiecto pe-  
tore, corde euulso per quar-  
tam horæ partē Christū pre-  
dicauit; id quod de P. Mar-  
tino Valdinia etiam affirma-  
tur. Primi eius percussores  
ferè post annos 30. conuer-  
si. Antonius Rangelius re-  
ligiosæ planè virtutis Coa-  
diutor, cùm hoc die anni  
eiusdem aquam hauriret è  
puteo Cordubæ, dixit; ea-  
dem horâ alicubi gentium,  
longissimè dissitarū Nostros  
in odium fidei cædi, sangu-  
inemque profundere. Cœlus  
cum his

*Didacus Montalbus Coad.*

Natus in noua Hispania,  
arte sarcinator, Socijs Arau-  
ci seruiuit. Inde ad Socie-  
tatem admitti, ac Elicuram  
cum Patribus proficisci ob-  
tinuit. Primus cœlus est,  
cùm

*Indus*  
*ibid.*  
*14. Dec.*  
*1612.*  
*Ovatio.*

cum in genua se demittens  
gratiam à Deo flagitaret ad  
mortem fortiter pro illius  
gloria oppetendam.

P. *Franciscus Buldrinus.*

Romæ natus, in Indiam,  
deinde in Iaponiam profes-  
sus, dum istic pace frui li-  
cuit magno ardore incubuit  
in utilitates animarum. In-  
tercessit præclaris conatibus  
Daifusama, cuius imperio  
extorris Macauum deporta-  
tus est. Inde clam redux, to-  
to ingenio in artes incubuit  
quibus & latere posset cultu  
vario, & professe quamplu-  
rimis, idque abundè præsti-  
tit usque ad mortem nobis  
incerto loco ac tempore  
obitam, inter facros illos la-  
bores, ærumnas, atque pe-  
ricula.

*Italus.  
in Iapo-  
nia.  
incerto  
mense.  
1633.  
et 58.  
Soc. 401*

P. *Theo-*

*P. Thomas Hollandus.*

*Anglie.  
Londini.  
22 Dec.  
1642.  
etat. 42.  
Soc. 19.*

*B.P.*

*Bumilites.*

*Pia colla-  
guia.*

Morum elegantiâ, ac vir-  
tute in placido ingenio ma-  
gis gratâ & enitescente fuit  
eximus. Puer olim in Audo-  
marenſi ephēbio cùm Sada-  
lium Deiparæ albo eſſet in-  
ſcriptus, cum duobus alijs  
è Parthenio illa cœtu in-  
præſtituſū locum conuenie-  
bat. Ibi preces ad Cæli Au-  
gustum fuſe; habitaque de  
illâ pia colloquia. Tum in-  
ciusdem Virginis honore,  
ea humilitatis exercitatio eſt  
inita, vt vicissim alter ale-  
rum commoneſaceret de er-  
ratis, ſi quidpiam in Socio  
aduertiffet. In Societate  
queque tantâ pollebat gra-  
tiâ & eruditione in ſexendis  
dijuiis colloquijs, ut conflat-  
tus è ſpiritu, & Biblia beda li-  
brorum Spiritualium dicere-  
tur.

tur. Cum iuuenes in Semi-  
 nario regeret, illos præcla-  
 rè in spiritu eduebat: & per-  
 sè pè se pro salute illorum  
 flagris accipiebat. In Anglia,  
 totus licet in Catholicorum  
 salutem esset intentus, ta-  
 men dexteritate mirâ se ab  
 hereticis tuebatur, latum  
 pro aliis scitè simulans, ci-  
 tra mendacium. Londini ab  
 Apostata fidei proditus, 14  
 Octobris tentus, postea cap-  
 pitis damnatus est: Iudicex  
 ipso defestè falso pro tribu-  
 nali palam: se nihil criminis  
 de illo aliud habere quam  
 quod sit *Sacerdos Catholicus*.  
 Auditâ capitalis sententiâ Tho-  
 mas lætere respondit: *Deo gra-  
 tias!* In carcere autem, So-  
 cios ad *Te Deum laudamus*  
 vñà redditandum intitauit.  
 Moritus, aiebat se esse Ca-  
 tho-

*Amor Dei. tholicum Sacerdotem, & Iesuitam ; paratum autem religionis causâ pro Deo componebare vel tot vitas quot haberet capillos in capite, quoque in Oceano essent guttae, ac perfectiones in Deo. Cùm iam suspenditus esset, clausit oculos tantisper ; ac mox apertos in quendam de Societate istic præsentē coniecit ex initâ pâctione ; quod erat signum eum peccata factentem è formula Ecclesiæ absoluendi. Tum appensus, strangulatus, deiectus è furca, & in partes quadrifariam sextus est, pro more Anglicano.*

*Petrus Cœrea, &*

*Ioannes Sosa.*

*Lupi.  
in Brasili.  
24. Dec.  
1554.  
Soc. J.* Hos hoc die collectat Stratius in Menologio ; Catalogus tantum in Decembri ponit.

nit. Correa vir nobilis, Brasilios cum ea quam ductabat militum manu capiebat, & ad Lusitanorum seruitutem venales damnabat. Monitus, *charitas.*  
 refipuit; & Societatem iniit, ad eosdem pro cælo capiendos; id quod per annos quinque impensè præstítit, ad Carigios vnâ cum Sosa coquo Coadiutore profectus, & Brasilijs *Doctor eloquentia* appellatus. Ceruix ei vespri lethali vulnere saucia, postridiè repente sana, & oculorum dolor accerrimus confessim extinctus, precibus Sociorum. Homines cupulis barbaris destinatos clam dextrè baptizabat, aquâ è strophiolo expressâ. Apud Carigios cum socio feliciter rem gerebat: sed quidam furens libidine (quem ille à de-

deuoraturorum illum Brasi-  
lorum cultro carnario li-  
berârat) qui auulsam à se  
(è ritu legis Christi) pelli-  
cem dolebat , barbaris in-  
eos concitatis effecit , vt  
mortem illis consicerent .  
Ergo Sosam primùm , dein  
de Corream , vtrumque in-  
genua procumbentem , sa-  
gittis interimunt ; Christia-  
nis eum lugentibus , & uni-  
cum veritatis interpretem ,  
omniumq; Patrem , fratrem ,  
amicum dolenter clamanti-  
bus .

*Michaël Nacascima.*

Iapon.  
in Vrge-  
nio .  
monte .  
24. Dec.  
1628.

Fides .

Per annos quindecim ,  
Patribus seruiens multum  
opere contulit ad Christiana-  
nam rem bene gerendam ,  
& ipse quoque Christianos  
erudiuit , adiuvit . Eapro-  
pter captus , fustibus non  
se-

semel vapulauit; & aliquando ex alto in aquas deiectus est. Supinus, aquâ in os infusâ, & vi rursum cum sanguine de corpore arctè compreso expressâ cruciatus, soli torrendus expositus, ibi leni aurâ è cælo aspirante recreatus est. In Vrgenio, Mons.  
igneus. ad Nangasachum monte igneus. præalto, & intus igneo instar Vesuuij, atque bullientes aquas quæ in stagnum confluunt, effundente, aquis illis perfusus est. Sunt autem aquæ illæ noxiæ, bestijs etiam, animalibusque illac fortè volantibus. Si verò illis tangantur humana corpora, ulceribus doloribusque miserè crueiantur. Hos cruciatus expertus est persæpè Michaël, etiam per bullientia illa stagna traductus: atque

que inter hæc tormenta, cùm  
Christum ac fidem semper  
profiteretur, extictus est.  
Lubet hac occasione hic of-  
ferre legendum

*Edictum Iaponicum.*

*Cardim.*  
*Catalogi*  
*pag. 78.*

Toxogonus Imperator,  
cōperto Lusitanos Macaēn-  
ses violare legem toto Iapo-  
nico imperio promulgatam,  
aduersus legem Dei, missis  
*Macao clam Prædicatoribus*  
*Euangelicis*, qui inducendo  
Iapones ad mutandam Reli-  
gionem, suscepit Christiano-  
rum lege grauissima admittunt  
scelera morte digna. Ad hoc,  
eosdem Lusitanos Macaēn-  
ses annonam, & alia neces-  
saria submittere, ac succur-  
rere prædictis prædicatori-  
bus, & Christianis, qui occul-  
tè viuunt in Iaponia, id quod  
eadem lege veritum est. Id-  
cir-

circò publico edicto Lusitanis omnibus interdicit abso-  
lutè nauigationem & cōmer-  
cium Iaponiæ sub poena mor-  
tis , & comburendæ nauis ac  
merciū. Die 4. Augusti 1639.

Hinc liquidò patet, exiliū,  
& mortes Christianis apud  
Iapones odio fidei irrogari .

P. Ignatius Fialho .

In Mogoris imperio cùm Lusitan⁹.  
in Mogo-  
rea .  
secundo successu res fluere  
viderentur, Rege mortuo, fi-incerto  
mense  
1633.  
lius, Mahometi æquo tena-  
cior suspectus est ; qui rem  
Christianam miserè pertur-  
bavit, & multos ad vomitum  
redire coëgit . In ea tempe-  
state P. Ignatius cùm Fides :  
Christianos ad retinēdam in sus-  
cepta religione cōstantiam  
acriter hortaretur, & Crucī  
affixi Christi effigiem manu  
efferens ostentaret , gladijs

S plu-

pluribus vulneratus, in opere nobili vicæ finem imposuit.

*P. Petrus Andreas de Zamora Nouius.*

*Hispanus.  
in Philip-  
pinis.*

*28. Dec.  
1639.*

In insula Mindanao videbatur semen fidei Christianæ nuper à Marcello Mastrillo iactum bonam messem promittere. P. Petrus Societate iterum impetrata, in ea secundum tiro, ad eius agri cultionem destinatus est; quia virtute iam benè maturus. Apud Bahayenses milites egregia de illius sanctimonia fuit opinio, cùm suo corpori pessimè faceret, alijs verò quam optimè facere pro viribus conriteretur, nobili flagrantia charitatis. In omni terum ad vitam degendam necessariarum penuriam superabundabat gaudio, & valebat firmus cor-

po-

pore, animo firmior. Nitibatur omni operâ Mahometanos inter & Hispanos amicitiam componere; quod viam aperiret, ad eos Christo sic addicendos. Hoc agentem adorti Mahometani, vulneribus ita confecere, ut tertio post die animam exhalatit.

P. Antonius Sociro.

In Ceilano insula per annos multos Christo militans multos ad eius fidem adduxit. pedes: ihereta ingentia exantlavit. Magnum in illo fuit orandi studium; incredibilis amor arctissimæ pauperatis. Opinio sanctimoniaz de illo tam erat peruvata, ut sine illo in barbaros mouere Lusitani nollent: dicerentque; Deum ab eo exoratum dare victorias. Sitien-

Lusitan⁹.  
in Ceilano.  
incerto  
mense.  
1637.  
etat. 61.  
Soc 45.

Oratio.

S 2 ti

ti exercitui aliquando, veluti nouus Moyses fuit, quando fusis ad Deum precibus superba baculo percussit, & aquam affluētissimè iudecūtuit. Captus à victoribus barbaris, viuus ad eorum ducem adductus est. At ille indignatus est, quod cum non trucidassent qui suorum Pagodum (idolorum) hostis esset tam acerbus, tamque infestus, ac noxius. Eo veluti signo necis dato, adactis incisus peccus hastis, cùm in genua prolaberetur atque oraret, perfossus est, & extinctus.

*P. Bernardus Nugueira.*

*Aethiops.*  
in Regno  
Goiama.  
mense, ac  
die incer-  
to.  
1653.

Lusitano Patre viro nobili Fremone in Aethiopia natus, ab Emmanuele Almeida nostro diuinis literis egregie imbutus, Alphonsi Mendez Pa.

Patriarchæ comes, deinde  
 Vicarius, & Rasselç Christos  
 in fidei odiu à nepote Imper-  
 ratore sui fratri filio postea  
 suspensi confessarius fuit.  
 Demū Societatem impetra-  
 uit; & in Regno Tygrè, ac  
 deinde in Regno Goiamæ  
 Catholicis magno fuit pra-  
 fidio. Proditus tandem, ac-  
 tentus, decreto Catholicis  
 qui Romanam fidem desere-  
 re nolunt supplicio, suspensus  
 est; fassis ipsis quoq; Schis-  
 maticis, & Rasselam Chri-  
 stos, & P. Bernardum eâ quæ  
 Romanæ fidei cultoribus in-  
 fici solet morte multatos.

Fidei.

*Supplementum.*

*Anglia.*  
*in Anglia.*  
 25.Ian.  
 1652.  
 etat. 804  
 Soc. 55.

*P. Ioannes Vorthingtonus.*  
 Siue socios regeret, siue  
 cum hereticis, Catholicisue

S 3 age-

ageret, fuit prudentiâ, mo-  
rumque suavitate singulari.  
Missiones per 46. annos obi-  
uit strenue in Anglia. Su-  
premi aliquot vitæ anni ei in  
carcere fluxere; in quem fi-  
dei Catholicæ odio conie-  
ctus, ibi morte inclytâ, sed  
inquietâ, illud feliciter est  
ad eptus: *Educ de custodia ant-  
mam meam: Quanto inge-  
nio citra mendacium ad iu-  
xta quæsita varie ab hereti-  
cis agitatus responderit,*  
quàm caute se ubiq; tuncum  
spectèque habuerit, quàm  
feliciter sepiùs ex ipsa velut  
acie nouaculæ prudens en-  
serit, quanto animo sibi pre-  
fens. & latuerit, & prodierit,  
quanta tulerit feceritque;  
longior est, & id genus mis-  
sionibus haud inusitata nar-  
ratio. Cæterum, quid etiam

*Fides.**Ps. 141. 8.*

de

de incruentis hisce, inter aut  
post ærumnas in odium fidei  
illatas mortibus sit sentien-  
dum videri potest S. Cypria-  
nus, S. Augustinas, & ex his  
Soarez in *Defensione fidei  
Catholicae.*

lib. 6. c. 11.  
a n. 19.

*P. Christophorus Ferreira.*

Compertum non est quo-  
die agonem gloriosum ex-  
pleuerit hic heros Christi ;  
sed placuit illum hoc S. Mar-  
cellini lapsi primùm, deinde  
coronati Martyris die po-  
nere; quippe qui & ipse tor-  
mentis Iaponicis impar, cùm  
in fossa è pedibus in caput  
pronus penderet, defecerit;  
postea tamen facti poenitens.  
(vt quidem de illo credibi-  
liter plurimum literæ aiunt; &  
ego fidem illis, licet non pla-  
nè indubitatam sed probabili-  
tamen famâ nixam, tantisper

*Lusitanus:*  
*Nanga-*  
*sachi.*  
*26. April.*  
*1652.*  
*atat. su-*  
*pra 80..*

S 4 ad-

adhibeo; paratus aliter credere, si magis explorata olim contra fortasse afferantur) factis inquam, pœnitens, magnum ut olim fragilitatis suæ, ita postea diuinæ misericordiæ documentum sit factus: ne vel nobis præfidentes corruamus, vel de Deo desperâter cogitare aliquid audeamus. Apud Iapones *Tendo Tecia* illi nomen fuit: vixitque semper in mœrore animi, conscientiæ stimuli agitatus; neque tamē palam Christum fateri ausus: ne tormentis subiectus ab eodem iterum deficeret. Tandem instinctu Dei horrendū Apostasiæ flagitium exosus, decrevit hunc tormentis potius corpus obijcere quam æternis. Quocirca cùm iam ætate annum octuagesimum

fin-

superigressâ, & morbis gravis,  
lecto affixus decumberet, su-  
spitabat sçpè, aiebatque de-  
tenter : Itane, Domine Deus  
meus, fieri potuit, vt ego san-  
ctissimæ tuæ fideli desertos  
fui factus, meu amittendæ  
vitæ huius tam caducæ ? O  
Domine ! O misericordia-  
rum Pater ! Erravi, sicut ouis-  
quæ perire. Ah, mi Deus,  
ah Domine mi, quantum  
me pœnitet, quod te offen-  
derim ! Et plura his ubi di-  
xit; illud crebro repetebat:  
Domine, suscipo hanc meam  
voluntatem in sacrificium !  
& ad miniculæ tuæ gratiæ me-  
sustentat; ut constans in tor-  
mentis perseveranter tester  
amorem meum erga te usq;  
in finem. Hæc inter uberes  
lachrymas, atque singultus  
crebro ingeminantem audie-

S. S. bant.

qui Annis diebus illis.

Rides.

Bant vicini lapones, & quibus commoniti Gubernatoris milites, Christophorus velat visitaturi adierunt ac et eo incredibili dolore plene doloris causam rogaverunt, audiuerentq; causā esse quod à Christo vero Deo ac homine metu mortis & crucifixum turpiter defecisset. Quare idem Xoyg Gubernatori nunciauit; se nimicum fidem Christianam profiteri, eamque tueri velle usque ad mortem. Quapropter Gubernatoris iussu ad fossā raptatus est Christum super clamans, ac prædicans; ibique de tigillo suspensus felicem agonem conclusit: bonis quæ habebat mox ad fiscum redactis, ut fieri solet in ijs, qui in fidei odium occiduntur.

Præ-

Prædixerat de hoc Marcellus Mastrillus iam olim, fore ut in Iaponia nouum Marcellinum habeamus. Cumque sacrificaret, ac Bastum Cœdiuitorem virtute supra ordinatiam magnâ illustrem rogaret, ut eoque in sacro Christophori Deo impensiū commendaret, à sacro peracto dixit P. Marcello Bastus: visum sibi Christophorum Ferreiram in veste Societatis, sed sordidâ; cum ille diuinam hostiam tolleret in sublime: : cum verò illam frangeret, conspectum sibi eundem in veste mundâ, & nitidâ: denique cum diceret, Domine, non sum dignus: Ferreiram coram ibi constitisse in veste yndequaque candidâ.

*Vocation.**Sacram.*

S 6. &amp;

420 Annalier illust.

& instar crystalli translucidâ.

Ad Maj. Dei,  
Deciparæ Martyrum Reginæ,  
S. P. Ignatij, Xauerij, ac  
omnium Sandorum ho-  
norem, & gloriam.



AV-

# AVTORES.

- Index MM. ad calcem Bibliothecae  
Scriptorum.
- M.SS. literæ ad PP. Generalem, & Affi-  
stentes datæ.
- Acta S. anditorum. Bollandi, & Hensche-  
nij in Februario.
- Gardini MM.
- Ioannes Nieremberg in viris illust. &  
alijs suis operibus.
- Annuæ Soc. varia, etiam M.SS.
- Hist. Soc. impreßa, & M.S.
- Mortes illustres Phil. Alegambe, &c.
- Vitæ quorundam è Societate impreßa,  
& M. SS..
- Incitamenta, & Praxes cultus B. Virgi-  
nis Græcij impreßa usque ad annum  
1651.
- Diurnum quotidiane virtutis è varijs  
IESV, & MARIE sociorum & clientum  
exemplis, & ephemericibus coaciu-  
natum, Praga impreßor.
- Imago I. seculi Soc. IESV. Antwerpia  
impreßa.
- Pretiosæ occupationes morientium in  
Societate. Romæ impreßa.

IN-

# INDEX NOMINVM

Quibus P: non præfigitur, sunt  
Scholastici, vel Coadiutores.

- P. Aribamius Georgius. 341.  
P. Aegidius de Abreu. 368.  
P. Albertus Mescinski. 117.  
P. Alexander Brumek. 378.  
P. Alexander Lopez. 390.  
Alexius Delgadas. 213.  
P. Alphonsus de Castro. 16.  
Alphonfus Fernandus. 382.  
P. Alph. Paciencia. 219.  
P. Alph. Rodriguez. 349.  
Alph. Renna. 213.  
Alvarus Mendez. 213.  
P. Amarus Monreira. 303.  
Ambrosius Fernandez. 6.  
Andreas Gonzalez. 213.  
P. Andreas Gualdanes. 383.  
Andreas Martini. 95.  
Andreas Pais. 282.  
Andreas Saito. 82.  
Anonymus Iapini. 182.  
duo Pares. 390.  
duo alij. 390.

P. An-

# Index Nominum.

- P. Antonius de Andrade. 109.  
P. Ant. Bellauia. 234.  
P. Ant. Capecius. 118.  
Ant. Correa. 213.  
P. Ant. Crimischie. 43.  
P. Ant. Critana. 372.  
P. Ant. Daniel. 200.  
Ant. Fernandez. 213.  
P. Ant. Fernandius. 390.  
P. Ant. Franciscus. 220.  
Ant. Kium. 276.  
P. Ant. Lopez. 227.  
P. Ant. Pintus. 256.  
P. Ant. Riparius. 124.  
P. Ant. Rubinus. 113.  
P. Ant. Sociro. 411.  
P. Ant. Sousas. 330.  
P. Ant. Suarez. 213.  
P. Ant. Vasconcellos. 241.  
P. Apollinaris Almeida. 177.  
P. Arnoldus Boecop. 63.  
Augustinus Ota. 237.  
P. Balthasar Torres. 184.  
P. Barthol. Sanchez. 188.  
Benedictus Castrius. 209.  
P. Benedictus Fernandez. 304.  
P. Bernardinus Peccius. 285.  
P. Bernardus de Cisneros. 358.  
P. Bernardus Nugueira. 412.

# Index Nominum!

- P. Bernardus Pertira. 288.  
P. Bernardus Reuss. 279. 223.  
    Blasius Riberius. 210.  
    Blasius Schelling. 170.  
P. Briantus Cansfeldus. 259.  
P. Brunus Brunus. 189.  
P. Camillus Constantius. 283.  
P. Carolus Garnier. 385.  
P. Carolus Sagerius. 165.  
P. Carolus Spinola. 269.  
P. Christoph. Carnostanius. 252.  
P. Christopherus Ferreira. 415.  
P. Christoph. de Mendoza. 137.  
    Christoph. Rotundus. 52.  
P. Christoph. Sporecus. 179.  
P. Cornelius Bendin 171.  
    Curbicus Prefortus. 64.  
    Damianus Fucaye. 311.  
P. Didacus de Alfaro. 11.  
P. Didacus Andrade. 210.  
P. Didacus Caruallius. 282.  
    Didacus Caruallius. 282.  
    Didacus Mentalbus. 400.  
P. Didacus Morales. 148.  
P. Didacus de Orofco. 356.  
P. Didacus Taki. 54.  
    Dionysius Fugakima. 338.  
    Dionysius Yamamoto. 289.

Do-

# Index Nominum.

- Dominicus Colinus. 333.  
Dominicus Fernandez. 213.  
P. Edmundus Aransmithæus. 267.  
P. Edmundus Campianus. 375.  
P. Edmundus Donatus. 22.  
P. Edmundus Oldcornus. 126.  
Emmanuel Aluarius. 210.  
P. Emmanuel Barretus. 91.  
P. Emmanuel Borges. 244.  
Emmanuel Fernandez. 214.  
P. Emm. Fernandius. 58.  
P. Emm. Martinez. 29.  
Emm. Niger. 178.  
Emm. Paceccus. 214.  
Emm. Rodriguez. 214.  
Ferdinandus Alvarez. 282.  
Ferdin. Sanchez. 214.  
P. Ferd. de Santaren. 367.  
P. Ferd. de Touar. 350.  
Franciscus Aluarius. 214.  
Franc. Aranci. 221.  
P. Franc. Buldrinus. 401.  
P. Franc. Carrion. 230.  
P. Franc. Castrinus. 278.  
P. Franc. Fernandius. 346.  
Franciscus Godoius. 215.  
P. Franciscus Lopez. 331.  
P. Franciscus Macciadus. 288.

Franc.

# Index Nominum.

- Franc. Magallanez.* 214.  
*P. Franc. Marquez.* 118.  
*Franc. Martinez.* 123.  
*P. Franc. de Mendoza.* 157.  
*P. Franc. Pacieens.* 182.  
*P. Franc. Pagius.* 140.  
*P. Franc. Paliola.* 19.  
*Franc. Paulus.* 278.  
*P. Franc. Pintus.* 8.  
*P. Franc. Riberius.* 345.  
*P. Franc. Rodriguez.* 178.  
*Gabriel Gomez.* 52.  
*P. Gabriel Lallemand.* 107.  
*Gabriel de Solis.* 36.  
*Gaspar Alvarez.* 214.  
*P. Gaspar de Castro.* 155.  
*Gaspar Goës.* 278.  
*P. Gaspar Mauritius.* 231.  
*P. Gaspar Oforius.* 124.  
*P. Gaspar Paës.* 138.  
*Gaspar Sandamarzu.* 185.  
*P. Gaspar Vuoinier.* 152.  
*P. Georgius Carnabal.* 149.  
*P. Georgius Fernandez.* 290.  
*P. Georgius Schorichtus.* 327.  
*P. Gerardus Ratßman.* 224.  
*P. Godefridus Thelen.* 291.  
*P. Gomez Damasalius.* 290.

R. Gon-

# Index Nominum.

- P. Gonsaluus Cardofus. 158.  
Gonsaluus Fusai. 276.  
Gonsaluus Henriquez. 214.  
P. Gonsaluus Silueria. 92.  
Gregorius Scriuanda. 214.  
P. Guilielmus Boytonus. 280.  
Guilielmus Saltamochius. 47.  
P. Gundisaluus de Tapia. 203.  
P. Henricus Garnetus. 145.  
P. Henricus More. 32.  
P. Henricus Vualpotas. 234.  
P. Heruxus Maluesius. 72.  
P. Hieremias Fischer. 163.  
P. Hieronymus de Angelis. 381.  
P. Hieronymus Moretta. 366.  
P. Horatius Vecobii. 399.  
P. Hyacinthus Francisci. 177.  
P. Iacobus Ant. Basile. 83.  
P. Iac. Ant. Giannonius. 253.  
Iac. Ant. Tacufima. 302.  
S. iectus Iacobus Kifsey. 37.  
P. Iacobus de Mesquita. 340.  
Iacobus Perez. 214.  
P. Iacobus Salesius. 47.  
Iacobus Soppius. 312.  
P. Ignatius Arzebedius. 207.  
P. Ignatius Fialbo. 409.  
Ignatius Xindo. 244.  
P. Ioannes Acosta. 309.

Ioan-

# Index Nominum.

- Ioannes Aluarez. 282.  
P. Ioannes Arnoldi. 342.  
Ioannes Baëza. 214.  
P. Io. Bapt. Baëza. 154.  
P. Io. B. Boddens. 225.  
P. Io. B. Macciadus. 159.  
Io. B. Menédez. 36.  
P. Io. B. Segura. 52.  
P. Io. B. Zola. 183.  
P. Ioannes Bathenus. 245.  
P. Ioannes Beixa. 390.  
P. Ioannes Brebeuf. 98.  
P. Io. del Carpio. 280.  
P. Io. de Castillo. 354.  
Ioannes Cimogoga. 276.  
P. Ioannes Cornelius. 193.  
Ioannes Donagalski. 153.  
P. Io. Dominicus Aresius. 128.  
Ioannes Estep. 180.  
duo Ioannes Fernandez. 214.  
P. Ioannes Fonsecq. 96.  
P. Io. Fonte. 364.  
P. Io. de la Garde. 239.  
Sanctus. Ioannes de Goto. 37.  
P. Io. Groffus. 81.  
Ioannes Guisacum. 185.  
Io. Kidera. 254.  
P. Ioannes Lelesius. 78.

P. Io.

# Index Nominum.

P. Io. d S. Martino. 214.

P. Io. Matthæus Adamus. 329.

P. Io. de Mayorga. 214.

P. Io. de las Missas. 308.

P. Io. Meagh. 169.

P. Io. Metella. 384.

P. Io. Montiel. 390.

P. Io. Ogilbæus. 88.

Ioannes Paruus. 343.

P. Io. Pelecarius. 1.

P. Io. Pereira. 145.

P. Io. Sandæus. 122.

Ioannes Søfa. 404.

P. Io. de Valle. 360.

P. Io. Worthingtonus. 413.

Ioannes Yama. 286.

Ioannes Zanclus. 215.

P. Iodacius Mayering. 55.

P. Iosephus Furlanetius. 144.

Iosephus Reomuy. 244.

P. Isaacius Iognes. 322.

P. Julianus Nacaur. 328.

P. Iulius Cæs. Margicus. 388.

P. Iulius Pasqualis. 23.

P. Laurentius Enerardi. 193.

P. Laurentius Passkijus. 338.

Leonardus Kimura. 372.

P. Ludouicus de Alabes. 358.

P. Lm.

# Index Nominum.

- P. Ludouicus Aluarez. 369.  
Ludouicus Gafacu. 289.  
P. Ludouicus Caldeira. 232.  
Ludouicus Cauara. 276.  
Ludouicus Gorrea. 215.  
P. Ludouicus Goueanus. 61.  
P. Ludouicus Matth. Pelingorens. 384.  
Ludouicus Mendius. 389.  
P. Ludouicus Quiros. 350.  
P. Mancius Firabayasci. 112.  
Mancius Mizogucci. 93.  
Mancius Taichieu. 35.  
P. Marcell. Franc. Mafrillus. 313.  
Marcus Caldeira. 213.  
P. Martinus de Aranda. 397.  
P. Mart. Gattierrez. 65.  
Martinus Ignatius. 170.  
P. Martinus Laterna. 296.  
P. Mattheus Coiros. 332.  
P. Mattheus Crametus. 339.  
P. Mattheus Fernandez. 285.  
Mattheus Fernandez. 117.  
P. Mattheus Grimes. 238.  
Mattheus Nouitius. 329.  
P. Mattbias Burnatius. 237.  
Mattias Sanga. 77.  
Mattias Vitriarius. 187.  
P. Melchior Consalvius. 306.  
P. Mel-

# Index Nominum.

- P. Melchior Grodecius. 269.  
Michaël Aragonensis. 278.  
P. Mich. Caruallius. 248.  
Mich. Nacascima. 406.  
P. Michaël Pineda. 287.  
Michaël Toza. 184.  
P. Michaël de Vrrea. 250.  
Michaël Xumpo. 276.  
Michaël Xuccan. 307.  
P. Natalis Chabanel. 387.  
Nicolaus Dinis. 215.  
Nic. Keyan. Scholast. 229.  
Nic. Mercator. 187.  
P. Nunnius Riberias. 245.  
P. Otho Campensis. 193.  
Sanctus Paulus Michi. 37.  
Paulus Rioin. 57.  
P. Paulus Saind. 305.  
P. Paulus de Valle 7.  
Paulus Xinxunque. 185.  
P. Petrus Andreas de Zamora. 410.  
P. Petrus Berna. 220.  
P. Petrus Buzelinus. 192.  
P. Petrus Cassui. 191.  
Petrus Correa. 404.  
P. Petrus Diaz. 277.  
Petrus Diaz. 282.  
P. Petrus de Espinosa. 196.

Pe-

# Index Nominum.

- Petrus Fernandius. 281.  
Petrus Fonseca. 210.  
Petrus Fontorus. 215.  
Petrus de Linares. 52.  
P. Petrus Martinez. Ep. 61.  
P. Petrus Martinez. 294.  
P. Petrus Mascarenia. 3.  
P. Petrus Michael. 248.  
Petrus Nouitius. 329.  
Petrus Nunnez. 215.  
Petrus Onizucca. 338.  
P. Petrus Paulus Namatrus. 335.  
Petrus Rinxei. Schol. 185.  
P. Petrus Romerus. 116.  
Petrus Sampo. 279.  
P. Petrus Venuſtas. 325.  
P. Petrus Vurichtus. 166.  
Philippus Nottin. 206.  
P. Raphaël Ferrer. 108.  
Renatus Goupl. 235.  
Richardus Biler. 312.  
P. Richardus Bradleus. 21.  
P. Robertus Neterwillus. 180.  
P. Rob. Southwellus. 85.  
P. Rochus Gonzalez. 346.  
P. Rogerius Filcocus. 81.  
P. Rudolphus Aquanina. 216.  
P. Rud. Corbeus. 285.

San-

# Index Nominum.

- Sanctius Sauallius.* 52.  
*P. Sebastianus Quimura.* 275.  
*P. Scb. Vieira, & quinque anonymi socii*  
*Nouitij.* 173.  
*Simon à Costa.* 211.  
*Simon Lopez.* 215.  
*Simon Tempo.* 381.  
*P. Stanislaus Brunouius.* 150.  
*P. Stephanus Pongracz.* 261.  
*Stephanus Zurara.* 215.  
*P. Theodorus Mantels.* 311.  
*P. Theodorus Risuuig.* 199.  
*Thomās Acafoxi.* 277.  
*P. Thomas Cottamus.* 168.  
*P. Thomas Garnetus.* 186.  
*P. Thomas Hollandus.* 402.  
*P. Thomas Methamus.* 187.  
*P. Thomas de Montoya.* 204.  
*Thomas Nixifori.* 227.  
*Thomas Rioecan.* 289.  
*P. Thomas Tzugi.* 260.  
*Vincentius Aluarus.* 13.  
*P. Vincentius Damianus.* 342.  
*Vinc. Caun. Scholasticus.* 183.  
*Venceslaus Trnoska.* 170.  
*Xystus Tocuum.* 310.  
*P. Michaël Ponce.*  
*P. Ant. Lopez.*

T

P. Mi-



P. Michaël Ponce.

*incer-* Præfuit Palapagensi nostro do-  
*to an-* micilio in Philippinis, adactâ in la-  
*no 9* die. *tus lanceâ ab Ethniciis postea in-*  
*die.* *ternectus : habuitq; in ea rectione*  
*successorem P. Vincentium Da-*  
*mianum , de quo i i. Nouembris*  
*dixi . De Michaële haetenus ni-*  
*hil præter hæc nancisci potui .*

P. Antonius Lopez.

*Hispa-* Hoc die sacris initiatuſ, & Gra-  
*nus* natam redux per iter ad aquas  
*ada-* Candidas à grassatoribus Mau-  
*quas* riscis cæſus est ; fassis illis, eam  
*24.* cædem à ſe non tam lucri amore  
*Mar-* quam Christianæ religionis odio  
*ey.* *1579.* perpetratam . Penes cadauer li-  
*et 26.* bellus particularis examinis reper-  
*Soc. 6.* tus est .



IN-

# INDEX RERVM.

- A** Mor Dei. 25. 29. 34. 50. 101. 107.  
216. 355. 404.  
Angeli. 85. 218. 266. 386.  
Anni dies ultimus. 75.  
Aqua noui Moysis. 412.  
Aquilæ. 98.  
Calumnia. 71. 72.  
**C**ælum. 99. 101. 163. 204. 268. 299. 334.  
337. 353.  
Castitas. 59. 71. 83. 102. 189. 203. 217.  
Charitas. 60. 69. 306. 326. 348.  
Christi passio. 43. 104. 124. 141. 319.  
Cogitationes filiorum Dei. 216.  
Columbae. 354. 366.  
Confessio. 34. 60. 95. 102. 204. 243.  
Cor. 36. 348. 399.  
Cor Dei. 69.  
Cordis oleum. 104.  
**C**rux. 17. 38. 42. 52. 53. 83. 113. 190.  
309. 318. 319. 324. 325. 342. 350.  
Euangelij lectio. 5. 27.  
Eucharistia. 9. 25. 31. 49. 85. 116. 141.  
172. 195. 2. 92. 322.  
Examen. 86. 69. 105.  
Exercitia S.P.Ign. 13. 271. 315. 336.  
Feria vi. 14. 41. 43. 126. 293.

T 2

Festa

# Index rerum.

- Festa B.V. 95. 125. 362.  
Humilitas. 25. 48. 97. 101. 232. 233. 240.  
+ 402. 295.  
Ignis è pectore. 261.  
Imago. 93. 111. 148. 190. 309. 315. 319.  
Lectio spirit. 43. 106. 108. 140. 324.  
Lingua. 104. Cordis. 348. 399.  
Lux cælestis. 17. 41. 51. 73. 131. 143.  
154. 162. 196. 212. 218. 252. 266. 315.  
317. 319. 320.  
**MARIA** Deip. 2. 11. 12. 20. 23. 28. 30. 56.  
65. vñq; ad 71. 79. 93. 95. 102. 110.  
117. 121. 125. 130. 163. 170. 189.  
190. 208. 216. 218. 229. 270. 293.  
301. 313. 314. 339. 360. 362. 379.  
Mons Sanctorum. 104.  
Morbus. 110.  
Mors visa. 103.  
Moribundi. 24. 85. 387.  
à Mortuo disce. 47. 67. 163. 198. 202.  
204. 268. 295. 299. 301. 306. 318.  
358.  
Nouendum B.V. 121.  
Oratio. 19. 46. 49. 50. 69. 95. 106. 116.  
243. 259. 274. 284. 309. 319. 320.  
385. 412.  
Perfectio quæsita. 101.  
Potus à B.V. 229.

Pur-

# Index rerum.

- Purgatorium. 137. 151. 193. 195. 307.  
317.  
Regem videre libertas. 174.  
Sabbatum. 2. 11. 30. 65. 216. 363.  
Sacrum. 24. 27. 84. 93. 115. 131. 158.  
174. 190. 195. 221. 249. 313. 345.  
361. 366.  
Sancti 104. Catharina 130. Eustachius  
315. Franciscus 70. Teresia 66. 211.  
Sanguis in celum. 140.  
S. Spiritus lux. 319.  
Vesperi. 102. 106. 216. 306.  
Vindictæ poena. 313.  
S. Xaverius. 126. 189. 190. 316. 317.

# INDEX TORMENTORVM.

- Ærumnis varijs. 8. 54. 82. 92. 112.  
156. 255. 288. 296. 308. 333. 341.  
401.  
Aquâ. 75. 100. 109. 115. 119. 182.  
183. 209. 211. 278. 281. 298. 303.  
331. 407.  
Carceris ærumnis. 7. 21. 64. 65. 124.  
135. 155. 180. 187. 188. 199. 239.  
305. 346. 414.  
Clauâ. 116. 125. 173. 203. 224. 263.  
294. 348. 368. 398.

Cru-



**Cruce** 17. 37.  
**Equuleo** 86. 135.  
**Exilij ærumnis.** 16. 57. 62. 78. 83. 372.  
**Fame** 7. 17. 89. 146. 184. 262.  
**Fosæ tormento** 55. 115. 118 119. 132.  
177. 229. 244. 254. 287. 305. 310.  
311. 329. 330. 418.  
**Frigore** . 7. 39. 75. 82. 182. 184.  
**Gladio** 14. 17. 20. 46. 48. 56. 73. 84.  
126. 143. 162. 171. 182. 191. 198.  
210. 211. 217. 220. 234. 235. 251.  
278. 321. 323. 326. 341. 348. 381.  
390. 410.  
**Globi iaculatione** . 12. 48. 73. 122.  
164. 193. 237. 245. 308. 339.  
**Hastâ** . 45. 129. 331. 345. 384. 412.  
**Igne** 99. 108. 177. 182. 183 185. 206.  
227. 249. 258. 260. 264. 274. 276.  
284. 290. 303. 337. 338. 374. 383.  
**Lanceis** . 20. 139. 145. 209. 285. 342.  
. 351. 358. 385. 395.  
**Janiaru** . 23. 35. 87. 149. &c.  
**Lapidatione** . 132. 133. 178. 355.  
**Latronum furore** . 150. 159. 169.  
**Patibulo** . 22. 35. 81. 84. 87, 91. 127.  
132. 133. 137. 141. 149. 167. 169.  
178. 187, 196. 268. 286. 334. 377.  
380. 404. 413.

Per-

Percussionibus. 60. 65. 99. 124. 131.

157. 181.

Sagittis. 28. 31. 36. 138. 152. 173.

179. 201. 222. 223. 406.

Securibus. 52. 101. 152. 179. 238. 358.

387.

Tormentis varijs. 10. 89. 123. 192. 206.

224. 226. 236. 261. 269. 280. 281. 289.

291. 312. 323. 344. 360. 363. 388. 411.

. Veneno. 2. 3. 61. 63. 79. 110. 144. 150.

166. 205. 228. 231. 240. 242. 247. 248.

307. 311. 328. 371. 389.

## PROTESTATIO AVTORIS.

**L**ector, aduepte in Elogijs Virorum Illustrium quos hoc libro complexus sum nonnulla me obiter attingere que sanctitatem ipsis videantur adscribere: perstringo nonnunquam aliqua ab ihs gesta, quæ cum vires humanas superent, miracula videri possunt: præfigia futuorum, Arcanorum manifestaciones, reuelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia huiusmodi: beneficia item in miserè mortales eorum intercessione collata diuinitùs; demum nonnullis sanctimoniaz, vel Martyrij videoi appellationem tribuere. Verum hæc omnia ita meis lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata; sed tanquam, quæ à sola



Sola suorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humam historiam . Proinde Apostolicum S.Congreg.S.R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum Anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inviolatè, iuxta declarationem eiusdem Decreti à S.D.N.VRBANO Papa VIII. anno 1631. factam seruari à me omnes intelligent: nec velle me, vel cultui, aut venerationem aliquam per has meas narrationes ulli arrogare; vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere; nec quicquā eius existimationi adiungere, nullumq; gradum facere ad futuram aliquādo ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi probationem; sed omnia in eo statu à me relinqui , quem seclusa hac nica lucubratione obtinerent, non obstante quoctunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quam decet eum, qui Sancte Sedis Apostolicæ obedientulus haberi filius cupit , & ab ea in omni sua scriptione, & actione dirigi  
Ego Iannes Nadas Soc. IESV.

A. M. D. G.











Verde A 150



